

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Scientia universalis concionandi seu dictionarium morale - Cod. Ettenheim-Münster 88-91**

A-C - Ettenheim-Münster 88

**Richard, Jean**

**[S.l.], 1776**

Conversio

[urn:nbn:de:bsz:31-110859](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-110859)

nihil presentius habet quam lacrymas ad mitigandum patrem suum, quem offendit. Satis teneri sumus ad lugendas temporales jacturas, cum nos vehementer tangunt; et ad spirituales jacturas sumus insensibiles, quae tamen infinita magis lacrymas nostras merentur. At cum istae non tam vehementer nos commoveant, ac illae, saltim quae vram dolorem hunc, sicut se quasivisse et invenisse ait propheta: Tribulationem et dolorem invari. Sicut ipse, ita et nos animam nostram et omnia exteriora circumcarnus, ut Domino victimam immolamus, et clamorem nostrorum sacrificium offeramus. Circumviri et immolari in Tabernaculo ejus hostiam vociferationis. Sed quomodo hunc circuitum peragemus? Scilicet consideratione rationum illarum, quae in nobis hunc dolorem excitant, atque ad Deum usque offerant, valuti aves, quae alis et rapiditate volatus sui utuntur, ut in aëra sursum tollantur. Soli in Oratorio vestro inclusi contemplantur infinitam Dei bonitatem et amorem, quibus in vos fertur, gratias, quas vobis clarigitus est, quanta patientia vos expectaverit, ps.

### Conversio.

Penitentia

Vitae immutatio, contritio cordis,  
Mortificationes et austeritates corporales.

### Sermo Primus.

270.  
Hic Sermo est  
pro feria 4<sup>ta</sup>  
Cinorum.

Nunc ergo dicit Dominus: convertimini ad me in toto corde vestro, in jejuniis et in fletu et in planctu Joël. 2.

Quando qui in navi sunt, cum confusis vociferationibus, et tumultuosis clamoribus suis replent, difficile admodum est, Auditores, vocem Navarchi audire, ipsiusque consiliis uti, quae, ut imminens naufragium vitetur, impartit.

His ultimis effrenationis et hallucinationis diebus, ubi innumeri populi saeculi corrupti licentiae, et cupiditatum suarum ineptiis traditi antiquos paganismi impietates renovabant; diebus et noctibus illis principi tenebrarum consecratis, ubi saevus per vestrum mutationes et vultum larvas sicut habitatores Sodoma peccatorum suorum clamorem in coelum usque immittabant; longè adhuc difficilius erat audire vocem Dei, et pias fervidorum Ministrorum ipsius

Clamor Sodomorum venit ad me.

institutiones in medio furoris illius, et inconditarum populi vociferationum, quas diutinus usus probasse videbatur.

Frustra Eularia pia mater haec filios suos in sacris locis congregare conabatur, ut scandalosa huic peccatorum impietati exemplarem verorum fidelium pietatem opponeret: Frustra in templis nostris adorandum sponsi sui corpus exponere, ut publica abominationis torrenti velut agger esset: In vanum F. M. Deus bonitatis vos omnes invitabat, ut intuitu delictorum et futurorum infortuniorum vestrorum amare fleretis, nisi promptè ad seriam poenitentiam recurreretis: Vocavit vos Deus ad planctum: excepto exiguo verorum Christianorum numero, caeteri omnes nihil nisi bibere, edere, gaudere, necnon ubique infelices impietatis vel gulae suae reliquias cogitabant relinquerè: Ecco gaudium et laetitia, comedere carnes, et bibere vinum.

Hi dies et noctes transierunt, nunc Dominus vos alloquitur: Nunc ergo dicit Dominus, ut ab his erroribus recessi majori attentione et observantia ipsum audire valeatis. Ad pedes ipsius Ministrorum abjecti nunc primum cineres accepistis, et cum vos monuerint, quòd quia non nisi pulvis estis, etiam brevi in pulverem reverturi sitis, inde discere debistis, quòd, ut adeò vicinam mortem vobis faventem efficiatis, ad Deum converti et dignos poenitentiae fructus, quorum cineres isti sunt symbola, facere vos oporteat.

Nunc ergo dicit Dominus: Hodie vos Dominus alloquitur, sed quid vobis dicit? Convertimini ad me in toto corde vestro, in jejuniis, et fletu, et planctu. Convertimini ad me, in magnum conversionis vestrae argumentum, infinita Dei misericordia ad se vos vocat. Convertimini ad me in toto corde vestro; in conversionis vestrae regula, cor vestrum et totum cor vestrum postulat. Convertimini ad me in jejuniis, et fletu, et planctu, in consequentibus et fructibus vestrae conversionis, opera satisfactionis et poenitentiae postulat et exigit.

Sed ne tam amplam materiam exiguo sermone complectamur, haec duntaxat vobis exponere animus est. Deus, qui per infinitam misericordiam suam vos hortatur, ut

Divisio. 271.

ad eum convertamini, Ius à vobis exposcit, 1<sup>o</sup> Cordium vestrorum immutationem, 2<sup>o</sup> Corporum vestrorum mortificationem. Describit peccata, quae lugetis, in cordium vestrorum immutatio; expiata peccata, quae deservitis, in corporum vestrorum mortificatio; et bina vera et perfecta conversionis signa; Sequitur Deus Satisfacietis.

Pauls j ma  
272.

Peccata sua Sacerdoti confitari, sibi religioni Invenire, nullum oblivisci, vitam praeteritam inquieta et scrupulosa Disquisitione rimari, se per humilem et sinceram accusationem gravi et incommodo onera expedire, se interdum ad dolorem excitare, imò in se ipso secretum quemdam peccati horrorem sentire, id, Auditores, communitè converti et se ipsa in via salutis asse, in mundo nunupatur.

Quod si admodum aequivois signis alia addantur Sensibiliora, et quae affectionibus internis magis responderè videntur: Si mulier haec prius vana et amatoris blandimentis dedita, nunc intra exemplaris modestiae limites se continat; Si vir iste alias vitis immersus, modo flagitioris oblectamentis suis renuncium remittit; Si illa, qui prius praecelares coetus et Societates ambiebat, ad tristam solitudinem se ipsum condemnat, Si iste, cujus mensa Delicata instructa, et intemperantia sua Sociis erat aperta, se ad austeram dietam radizat; Statim miraculum inelamatur, et qui prius tanquam offensionis et scandali lapis habebatur, modo valit verum virtutis exemplar proponitur.

Benedicamus Altissimum, si manus ipsius omnes has mutationes operata est, ipse, cujus Spiritus Spirit ubi vult, et cujus victrix gratia potest, si valit, ex ipsismat lapidibus novos Abrahama filios creare: Sed apprimè nobis cavendum, ne in pernicionum errorem labamur, veramque conversionem reputemus id, quod in se solo consideratum, non nisi illius vana et sterilis est verisimilitudo.

Quomodo hoc? quia omnes externa mutationes ista fieri possunt, qui cor ipsum mutetur; et tamen nisi illud mutetur, haec mutationes non sunt nisi simulata et inutiles; prima ratio. Quia in materia conversionis necessaria est, ut certis quibusdam essentialibus munibus nos ipsos subjiciamus, quae sola cordis mutatio verè potest adimplere; Secunda ratio. Et inde sequitur,

quod primum, quod nos agere oportet; Sit, ut nos ipsos  
examinemus circa articulum ex una parte ad eum gravem,  
ex altera vero tam parum cognitum, quod videamus,  
num fideliter id exequamur, quod Deus à nobis exigit,  
quandò nobis dicit, ut ad eum convertamur ex toto cor-  
de nostro: Convertimini ad me in toto corde vestro.

Ne ergo arbitremini me hodie induratos peccatores  
illos, qui omnem conversionem detrahit, ad mortuum,  
vel fluctuantes et desideriosos peccatores illos, qui eam diffe-  
runt. Ne putetis me illis diciturum: Nisi poenitentiam  
egeritis, simul omnes peribitis. Istis vero: Securis ad  
radicem posita est, nisi maturè convertamini, adhuc  
quadraginta dies, et Ninive subvertatur.... Christi-  
ani quos vero salutis vestrae desiderio affectos vos, ad  
vos solos hodie verba facere, atque vobis indicare ani-  
mus est, quâ ratione eam securâ operari valeatis, vel  
potius, ut vos moneam, ne vos verè conversos crea-  
tis, etsi omnia exteriora vestra sint immutata.

Nam ut sapienter advertit S. Augustinus, Sape in  
negotio conversionis et poenitentiae mille res, quae no-  
bis sunt externa, mutantur, quin tamen immutemur.  
Tempora mutantur; Durante Quadragesima ad plu-  
ribus oblectamentis abstinamus, quae aliis diebus no-  
bis licita esse arbitramur; choros Spectacula non am-  
plius adimus, prout ultimis hinc diebus ad ea cur-  
bamus, officiosi aditus seu salutationes et convivium non  
amplius ita sunt frequentia.

Ornatus mutantur, hodie haec vestium formula,  
vos alia, hodie plurimum contignationum supra caput  
aedificia, vos moderamen ornatum minus ridicu-  
lorum, vel minus incommodorum; quaedam deservun-  
tur, sed ut alia magis tempestiva assumantur.  
Quot Brothei! Quot ~~Chamaeontes~~ Chamaleontes in saeculo  
nostro!

Mensa mutantur: calamitates publica et priva-  
tae familiarum miseria Sapiens id efficiunt, quod vehe-  
mentissimi Concionatores et ferocissimi Moderato-  
res efficere haud valuerunt. Videas hunc, qui delicatè  
nutriebatur, et quotidie oppiparâ mensâ utabatur, ad  
coactam abstinentiam redactum. Sibi prodiga vasa-

nis tantibus, vel cum meretricibus omnia bona tua diffi-  
parti: fames te ubique sequetur; abundantia diabus  
succedant dies indigentia et dicta involuntaria.

Etates mutantur: quis proverta aetate, jam aetate  
adeo erit inconstans, ac in sua juventute fuit? Mulier  
haec, quae nihil amplius habet, quò placeat, an vultum  
suum fucis et cerussa depingat, ut coetum in visum, et  
fabula fiat? Sibi praestare arbitratur Devotionem  
et Sacrum arripere, ubi fortè minus peccata sua de-  
serit, quàm haec ipsam deserant.

295.

Hujusmodi plarumque sunt his nostris diebus con-  
versiones. At quid de illis sentit S. Augustinus? Sunt  
conversiones, inquit, vel fucatae, vel inutiles: fucatae,  
si per eas nobis apud homines famam conciliare volu-  
mus; inutiles, si inde coram Deo meritum aliquot  
habere putamus; fucatae, si jejunemus, ut jejuna esse  
videamur; inutiles, si in nostro jejunio nihil sit, quod  
illud Santificet; fucatae, si ad aliorum approbationem  
circumveniendam id ostendamus, quod non sumus; inu-  
tiles, si ad reddendos habetes conscientia nostra re-  
morus credamus nos in via illa esse, quam nondum  
inivimus.

Vos soli, qui cor vestrum à suis flagitiosis colligationi-  
bus emundare studetis, et qui ad divinas inspirationes  
dociles non tantum exteriora. Sed etiam interiora pa-  
taria purgatis, vos soli veri poenitentes estis. Jejunate,  
mortificate vos, facite quidquid placuerit, nun-  
quam tantum jejunabitis et vos mortificabitis, quan-  
tum Ninivites: et tamen, rem inauditam! ad haec re-  
ligiosa conversionis signa praesens Deus non respexit;  
ad quid ergo? ad conversionem et mutationem cordis  
eorum. Vidit Deus quòd unusquisque conversus fuisse  
à via sua prava.

Notate haec verba: Non dicit Spiritus Sanctus, pro-  
ut avertit S. Chrysostomus, Deum vidisse, quòd  
jejunarent, lacrymarentur, gemarent, misericor-  
diam implorarent, ciliciis et cineribus se coopari-  
rent: praesens alia laudabiles et Satisfactiones sa-  
lutares: praesens rationem habet, sine quo omnes  
illae praesens et mortificationes fuissent inutiles. Vi-  
dit, quos iniquas vias suas desererent, cordaque ip-

Seruum interno dolore commota flagitiosas suas colli-  
gationes abiecerunt: Suis animi nulla unquam pro ip-  
sis venia fuisset; Suis etiam S. M. ne vobis adulemi-  
ni, nec pro vobis ulla erit.

Extrema semper earundem cupiditatum vestra-  
rum mancipia? aequa avari, aequa ad prosequenda  
commoda vestra fervidi, aequa duri et inhumani erga  
proximum vestrum, ac prius eratis? Ira, qua vos ad vio-  
lentos impetus rapiabat, amulatis, qua pro tristi-  
tia vos contabefaciabat, voluptatis amor, qui vos  
emolliabat ac enervabat, intemperantia et animi mol-  
lities, qua ad gula excessus vos impellebat. Haec cu-  
piditates et passiones adhuc in vobis idem retinent im-  
perium? Quod si haec ita sint, non nisi pseudo peni-  
tentes estis. Ecur? quia cor vestrum nondum immu-  
tatum est, quia cupiditas, cui se occultandi Deita-  
ritas est, in <sup>vobis</sup> adhuc vivit, inquit S. Augustinus\*. Latens \* Serm. 29. in  
ter vivit, vivit tamen. Quid ergo agendum sit, quaeri- Col. 118.  
tis? Ante omnia oportet, inquit hic S. Pater, homi-  
nem mutari, ut eius opera mutantur. Prius est mu-  
tandus homo, ut opera mutantur. Si semper malus, pro-  
ut prius erat, remanet, qui id quid agat, quid quid di-  
cat, quid quid patiat, bona opera peragere non po-  
test; quemadmodum si justus est ac in justitia perse-  
verat, velut impossibile est ipsi, ut mala faciat.

Sed furius adhuc singula expendamus, et huic  
prima rationi alteram jungamus ex quibusdam  
essentialibus numeribus deductam, sine quibus na-  
mo de veritate conversionis sua unquam certus esse  
potest: et quanam sunt illa?

Si ab Isaiah Propheta quaeratis, dicit ille, haec  
esse: nempe ut vobis ipsis displiceatis, vobis ipsis indi-  
quemini et succensatis, vobis ipsis infansi sitis, ob ea,  
qua perpetratis, ut secretam offensionem et interio-  
ram indignationem adversus vos ipsos concipiatis; nam  
eo animo affectos Deus volebat Judaeos, antequam ipsis  
vanam peccatorum suorum impertiretur, eosque à cap-  
tivitate Babylonica liberaret: Displicatis vobis in  
conspatu vestro de omnibus malitiis quas fecistis. Atqui  
hic dolor, haec offensio, haec tristitia, haec indignatio non  
nisi à corde imò à toto corde provenire possunt.

Si S. Augustinum interrogatis, dicat illa, conversionem vestram nunquam esse veram, nisi Deo justitiam reddatis, quam illi debetis; quod hanc justitiam ipsi reddere non valeatis, nisi desideratis, ut in jura, quae ipsi auferre conati estis, restituatur; quod horum jurium restitutio ab eo pendeat, ut scilicet illum in vobis et super vos regnare faciatis, postquam per peccatum vestrum vos ab illius supremo dominio subduxistis, ut tyranno et alieno Domino vos tradaretis. Per peccatum vestrum in corde vestro creaturam Creatori injuriosam praetulistis, in conversione vestra cor mutare vos oportet, ut Creatorem creatura praeponeatis. Curandum cor, sicra debetis, tu omnis mali mei fons et origo fuisti, nunc oportet, ut cum gratia Dei sis omnis boni mei fons et origo. Detestandum cor, sine te, quidquid in imaginatione mea voluitur, quidquid per os meum transit, quidquid mentem meam confusa ingreditur, depravare me non potest, semper cor innocens, si id detestor, quod carceras mei ipsius partes inquinare videtur: at si per pravam tuam affectionem, in id, quod execrari deberem, consentiam, tum flagitiosus sum ac in statu mortis. Veni ergo cor iniquum, ut te sacrificem, quia primum in mea rebellionem fuisti, æquum est, ut primum immolaris.

Sic cum loqui oportet, qui veram conversionem desiderat. Necesse est, ut cor ipsius vehementer et sinceram peccatibus detestatione mutetur. Non sufficit, ut sumum conversionis propositum capiat, non sufficit, ut illam animo destinat ei que prospiciat, haec omnia namque peragi possunt, quin vis cor participet; sed oportet, ut ad illius executionem procedat. Necesse est, ut haec larva et inconstans puel-la cupiditatis sua obiectum non amplius videat, ut mutuos congressus illos, periculosasque familiaritates non amplius fovcat. Necesse est, ut juvenis ille fragilis cujusdam pulchritudinis idololatra idem capiat consilium, atque se ipsa faciat id, quod ille egit, de quo loquitur S. Ambrosius\*, quia meretricia, quam amabat, se abalienaturus, non nisi cum contentu imò cum horrore eam intrabat, eò usque, ut cum muliere hac, ipsius languore perculsa, necnon arbitrata se ipsi amplius notam haud

\* Lib. 2. de poenitentia c. 10.

esse, eadem dixisset, ego sum illa talis, frigida eadem  
responderit: quod me spectat, non sum amplius ille  
talis; si tu eadem es, ego non sum amplius idem.

Qui ita agit et loquitur, verè conversus est; quia  
tunc cor loquitur et agit: Sed qui ~~aliter~~ aliter animo  
affectus, et tamen se convertere obtendit, is fallitur.  
Talis, inquit S. Augustinus, foret cupiditatem semi lau-  
ciatam quidem, sed semper vivam; talis parit peccato,  
quemadmodum Saul Regi peperit; talis in tem-  
plo relinquit idolum, cuius fortè manus quidem percussit,  
sed ante quod clam se prosternit, profanumque inean-  
sum profundit; talis, addit ille, pingit et furo illinit  
conversionem suam, quin verè eam in mente habeat.

Quid ergo dicamus de illis, qui confessionis tribunal  
ascendunt frigida peccata sua recitantes, vel qui ex alia  
impietate illud ascendere differunt, donec impia consilia  
sua exaucti fuerint? Litigator iste, donec iniquam  
hanc litam finierit; vindicta cupidus hic, donec illa-  
tam injuriam ultus fuerit; voluptuosus iste, donec  
gulam suam expleverit, sacrasque Quadragesimalis  
jejunii Leges violaverit; cum summa impietate dicen-  
tes: aliquando dolabimus, Confessio Baschalis illa dolo-  
bit.

Proh! insolens consilium, quo nos ipsos animamus  
ad malè agendum intuitu futura poenitentia et do-  
loris imaginarii! In omni alia occasione metus, ne  
semel facti poeniteat, à conceptis consiliis nos avertit.  
Hoc negotium aggredior, at fortè me poenitebit; me  
hinc commercio aut matrimonio implicare cogito, sed  
fortè diutina dabitur copia tam levem dolendi preci-  
pitationem. Haec sunt, quae dicimus, Solus Deus et  
conversio nostra sunt capita, circa quae omninò oppo-  
sitam amplectimur sententiam; jejunium Quadragesi-  
male violabo, id in Baschate confitebor, tuncque res  
erit salva; facultates meas viis at rationibus, quae mihi  
suspectissima videntur, augebo, eas accuratius exami-  
nabo, atque in Baschate confitebor; tuncque liber  
eradam.

Monstrorum consilium! cor diabolicum! quòd poe-  
nitentiam in futurum reservemus, ut re ipsa vitam fla-  
gitiosam agere possimus, cum è contra illam modo assi-

pure Deberemus, quò peccatores esse cessaremus. Quòd nos lethaliter vulnerare non curemus, sub spe, qua laetamur aliquando Sanitate recuperandi. Quis crederet ad usque impietatem crevisse, nisi id eadem testarentur exempla? Mutate cor, id in primis Deus à vobis exposcit: Convertimini ad me in toto corde vestro: verum hoc ei non sufficit, vult præterea, ut hæc mutatio vestris Sumentibus fiat, ut eam jejuniis, gemitibus, lacrymis, aliisque Desperientiam afferentibus et laboriosis Satisfactionibus amatis. In jejuniis, et fletu, et planctu. Desoliquitate, et excruciemini peccata, quæ commisistis, prima obligatio; expiata hæc peccata, qua detestamini, et austeritatibus corporis Spontaneisque mortificationibus Deo Satisfacite, Secunda obligatio; injus necessitatem et modis vobis modo explicaturum sum.

PAV32 Ja  
280.

Quod Ecclesia Patres nunquam capere potuerunt, quod semper voluit, quid fieri impossibile et contradictorium respicere, nescio, Auditores, quæ novæ Moralis Specie, aut potius novæ mentis et prudentia aversione id Conciliandi ars hac nostra ætate adinventata est.

Habere in corde vehementem de peccatis nostris dolorem, et exteriùs Dissolutionis et gaudii vultum assequere; dolere, quòd proximum nostrum per effrenatam vitam scandalizaverimus, et in ea perseverare; præterita scelera nostra verè nobis ipsis exprobrare, et flagitiora ac indomita carni mille exigua commoda ipsam delinquentia conciliare, id Ecclesia Patres nunquam capere potuerunt; idque S. Cyprianum adiecit, ut certis quibusdam Saeculi sui mulieribus dicaret: Si maritum vestrum aut aliquam amicorum vestrorum mortalitatis exitu perdidistis, an tantam vultis

Si quem ex tuis charum mortalitatis exitu perdidistis, ingemiscens at flens, facis inulta, veste mutata, neglecto capite, vultu multo, ore sajeto, indicia morboris ostendens: Animam tuam misera-

rum mortalitatis exitu perdidistis, an tantam vultis vestri coloris curam gereretis, an æquè tranquillo dormitis, æquè assidua Spectacula et publica festa adiretis, ac si adhuc latus vestrum ipse stiperat? tantum abest, ut id ageretis, quin potius amara lugeretis, vestes mutaretis, suspiriis quietem vestram interrumperetis, pallidamque ac mailentam præferentes faciem vestrorum partium esse conseretis exteriùs tristi-

lia vestra signa edere: Vos miseris! per peccatum ani-  
mam vestram perdidistis, Dei oculis mortua estis, et  
quamvis vita plena videamini, gradiendo tamen funus  
vestrum portatis, et non in lacrymas effundimini, nec  
amare fletis? Quid non in semotum locum receditis,  
vel ut aliis peccati vestri turpitudinem occultatis, vel  
ut in Sancta Solitudine illud expietis: At nihilomi-  
nis videtis et latamini, valut ab hominum <sup>consuetudine</sup> et tremen-  
torum Dei iudiciorum carere vos tutas praestitistis.

Et hoc est, quod S. Cyprianus capere non poterat: Sed  
hoc est, quod hodie facile capitur. Intelligere non  
poterat, quomodo peccatoris alicujus cor mutatum  
esset, quin tamen quaedam hujus mutationis signa  
exteriora apparerent; qua ratione peccata sua detesta-  
ratur, quin à locis illis discederet, in quibus <sup>malis</sup> peccatissat;  
qua ratione anima ipsius innocens et à maculis suis  
amundata esset, quamdiu corpus, quod cum ipsa pec-  
caverat, commoda et voluptuosa vitae dulcedinibus  
tranquilla fruatur. Trallebaturna magnus vir ista,  
an potius vos fallimini S. M. Rudite quid Deus per  
Prophetam suum dicit: Convertimini ad me in toto cor-  
de vestro, sed per gemitus, lacrymas, et jejunia vestra,  
In jejuniis, et flatu, et planctu. Id est, prout exponit Ter-  
tullianus\*, quod, cum in ambabus, quibus constatis, par-  
tibus reos vos constitueritis, oportet, ut amba pecca-  
torum vestrorum enormitati suo modo satisfaciant:  
Communis amborum reatus, communis et poenitentiae  
medala. Id est, addit S. Ambrosius, quod misericordia  
Dei, qua vobis peccata vestra indulget, propterea non  
intendat justitiam suam iuribus suis frustrare; quod  
sitis valut Judices subalterni, in quorum manibus hyra-  
mus vivorum et mortuorum Judex suas rationes repo-  
nit, eâ tamen conditione, ut contra vos ipsos iudici-  
um sanctis suis legibus conforma feratis, quò ipsi cum  
Rege poenitente dicere valeatis: Veniam à te peto ô  
mi Deus, miserere mei secundum sanctitatem et aequi-  
tatem tuae legis: De lege tua miserere mei. Hanc pec-  
catorum meorum remissionem non à te flagito ad cupi-  
ditatis et possessionum meorum plaurum; non nisi in  
tantum eam postulo et spero, in quantum servavit me  
Legi tuae subijciam; non eam à te peto velut gratiam,  
ad quam mihi jus aliquod sit, eam à te flagito velut

ra perdidisti,  
spiritualiter mor-  
tua supervivere  
tibi, et ipsa am-  
bulans funus tu-  
um portare coe-  
pisti, et non  
veritas plan-  
gis, et non ju-  
gitar ingenis-  
is? Non te val-  
pudore crimi-  
nis, vel conti-  
nuatione la-  
mentationis  
altrondis.

S. Cypri. lib. de  
Capris.

\* lib. de poenit.

meram et gratam offensionum meorum condonatio-  
nam me omnibus iis conformans, ad qua me condem-  
nare volueris. Cupis mi Deus, ut laqueo meis peccato-  
rum meorum maculas abstergam, ut lacryme meae à pec-  
catorum meorum occasionibus me separem, ut mea ab-  
negatione omnia peccatorum meorum vincula dis-  
rumpam, ut insignibus mortificationibus scandala illa,  
quorum ego peccatis meis causa fui, resarciam, ut auste-  
ritatibus et Spontanis poenis funestam illam, quam in  
delictis meis repari, Delictationem expiem, ut severa  
abstinentia et plurimum hebdomadarum jejuniis molli-  
tiam meam in cibis, et minimum lascivias amorem puni-  
am. Haec est lex tua o mi Deus, eidem quoque me ex toto  
corde Subjicio, ut mi miseraris: De lege tua miserere  
mei.

Statim ergo hujus Sanctae Quadragesimae initio se-  
riam conversioni meae operam dabo mortificatione  
vobis corporis hujus, quod haecenus non nisi ad me  
perdendum profuit: magnis malis magna remedia op-  
ponam: Et vero quae nam remedia, si his malis compa-  
rentur?

282.

Pro tot passibus vel inutilibus vel flagitiosis, singu-  
lis diebus loca Sancta frequentabo, et ibi altarium tuo-  
rum pedibus absolutus misericordiam tuam implorabo.  
Pro tot faustis vel obtruncationis, quae protuli, verbis  
ponam circumspeditionis custodiam super labia mea,  
et si opus fuerit, ad triste me condemnabo silentium.  
Pro tot mentis distractionibus et cordis evagationi-  
bus, quas habui, per aliquot dies horas me secretis-  
si domus mea loco includam, et tibi à mundi commer-  
cio remotus te precabor, ut, quod à me cupis, mihi inspi-  
res. Pro tot peccatis, quae oculis, ore, tactu perpetravi,

Sensus omnes meos poenis affligam; et pro flagitiosis, quae  
de gustari, voluptatibus me illis ipsis, quae mihi lici-  
ta sunt, privabo: Jejunis, precibus, elemosinis meis  
alias adjungam austeritates, quae aptiores judicave-  
ro, ut in me vetus homo moriatur, et vita novi vi-  
vam. Haec sunt mea proposita, o mi Deus, et horum in-  
tente precor te, ut secundum legem tuam mei misereri  
velis: De lege tua miserere mei.

283.

Sed dicis mihi audacter admodum pro nobis res-  
pondes: An ergo conversio nostra ab his, quae nobis in-

Jungis munaribus pandet? Si ab illis pandat F. M. non sunt nisi mitissima; et si in primitiva Ecclesia essetis, an Sancti ipsius Ministris iis contenti essent?

Olim qui poenitentiam agebant, die noctuque gementes, velut David; non nisi invitè comediabant, et ante cibi sanctionem suspirabant sicut Job\*; Saccis et cineribus cooperiebantur, sicut \* Antequam comedam suspiro. Nivivita; sibi in horrendis solitudinibus tumulum fodiebant velut Saïdes et Maria Ægyptiaca; corpus suum unguis ferreis dilaniabant, et exilibi sui terram sanguine suo irrigabant, quemadmodum veteres Anachorita; nudæ carni loriam clavus affigebant, siquæ per arstatem flagrabant, et per hiemem gelu obrigebant, ut S. Guillelmi; publice in Ecclesia peccatum suum deplabant, et expansis in terram Imperatoricæ Majestatis ornamentis coram numeroso populo gemitibus et lacrymis veniam precabantur, sicut Theodorii.

Qualis vir, quale peccatum, qualis poenitentia? Qualis vir? Magnus Imperator totius sævæ mundi Dominus, Princeps omnium hostium suorum victor, bello et pace potens, et de quo S. Ambrosius præclarum hoc reddit testimonium, quod illos, qui ipsum redarguebant, pluris estimavit, quam illos, qui ipsi adula-bantur.

Quale peccatum? peccatum, inquit S. Ambrosius, quod ei aliorum fraude obreperat. Qualis poenitentia? poenitentia, addit ille; quam privati quique et abjectissimi de plebe homines agere detrectarent; palam scilicet et publicè se reum confessus est, non amaris lacrymis ac instantibus precibus reconciliationis gratiam imploravit, quod privati aubescunt publicè poenitentiam agere, non erubuit Imperator.

Post talia exempla, Delicata corporis constitutio, ætatis et sexus distinctio, honoris respectus, conditionis et dignitatis privilegium, Debile corporis temperamentum, non nisi debiles et plures excusationes. Satis est Semel tantum in vita mortaliter peccasse, ut æternè lugeatis, si Deus vobis vitam æternam daret, inquit Tertullianus: Semel peccasse Satis est ad flatum æternos. Sufficit

\* Hom. 4.

mortaliter pascas, inquit S. Cæsarius Arelatensis\*, ut in pane et aqua præcipuis vitæ vestrae diebus jejunetis, ut omnis generis austeritatibus carnem vestram stabilitatis, cui detestanda vis fuit mentem corrumpendi ac perdendi.

\* 284.

Denique, ut ea ratione, qua vos minus parturere faciat, id vobis dicam, vestrae conversioni integritatem et perfectionem necessariam nunquam tribuere valebitis, inquit S. Iudocus Hispalensis\*. nisi Deo legitime satisfaciatis, vestra mala opera damnatis, ac non proteritis vitæ vestrae pravitates eo majore dolore ligatis, quò majore voluptate peccatis.

\* Lib. 2. Sent. c. 13.

Si id agere vobis animus est, nullum unquam tempus ad hoc magis aptum fuit ac præsens; tempus gratiae et veniæ ex parte Dei: tempus expiationis et satisfactionis ex parte hominum: tempus utile et salutare, inquit S. Chrysostomus\*, in quo misericordiae Domini profusus affunduntur, peccata majore fidelium concursu fortiores sunt, cupiditates magis reprimentur, et caro severitate et assiduitate jejunii magis mortificatur.

\* Hom. 12. in Ep. ad Cor.

Modò incipitis sacrum istud tempus, in quo Eularia vos ad Jesum Christum adducit, ut illius benedictiones accipiat, et ad poenitentiam inivestimini: Igitur in spiritu humilitatis et cum corde contrito dicite ei ista, ad quod dicendum ipsa in hodierna Missæ oratione vos invitavit, scilicet: Domine, qui ut nos ad poenitentiam

» voces, peccata nostra dissimulas, et quos ad poenitentiam  
» vocas, ut gloria tua participes efficias: tribue nobis gratiam jejunii legem, quam nobis imponis, fideliter  
» servandi, ut ad te sincero dolore conversos et austeritate  
» tibus corporis justitia tua satisfaciens misericorditer  
» nos respicere digneris, ut sic imperturbatâ devotione  
» cursum nostrum conficiamus.

Conversio,

Poenitentia,

Vitæ immutatio,

Contritio cordis, p.

Sermo secundus.

Quærat me et non invenistis, et ubi ego sum, vos non poteris venire. Joann. 7.

Deum amiffisse, damnatorum est calamitas; Deum invenisse, et ipsum possidere, Status est Beatorum,

Sermo iste est  
pro die Luna  
quinta Septima  
mensis Ludovigiana  
sima.

285.

Inter haec duo extrema non datur aliud medium nisi tempus, ubi modo cum quaerere, modo ab eo recedere possumus. Vos beati Summum istud bonum pro omni aeternitate invenistis, et ubi illud est, ibi etiam aeternum eritis. Vos reprobatu, in Sempiternum illud amifistis, ut ut vires exeratis, conatus vestri nihil vobis proderunt, nunquam eo pertingere valabitis, ubi est; ut ut clamatis et ajulatis, ut ut supplicis toleratis, in parvium inter vos et illud chaos ab eo vos separat; et post mille saeculorum millia primam, quod illud amiseritis, tristitiam retinebitis et extremam illud inveniendi desperationem.

Inter haec duo extrema collocati, ab hac infelicitate Societate, qui Deum quaerent, nec invenient, nunquam, nos expectamus; et conamur ad portas beatorum accedere, qui postquam illum in hac vita quaesiverunt, modo, ubi ipse est, morantur sine ullo metu illum amittendi. Hinc F. M. ipsorum exemplo animati quaerite Deum, dum inveniri potest; et quia fave omnes se mature convertant, ne expectetis id tempore incerto facere, quod nimis cito facere non potestis. Salva Virgines ipsum quaesiverunt, et quae animis sero foras pulsaverunt, ipsis dictum fuit, ac per totam aeternitatem dicitur: Natis vos. Judaei ipsum quaesiverunt, et quia tempus visitationum suarum contempserunt, id, quod Evangelium ipsis minitatur, ad amissum adimpletum fuit: facit Deus, ne haec propheta nos etiam respiciat.

Convertimini igitur F. M. convertimini, haec est obligatio non tantum absolute necessaria, sed etiam urgentissima: ne conversionem vestram de die in diem differentes, ea res vestra deveniant, ut videm cum suavis operam navare non amplius valeatis. Cur? quia, si converti differatis, tempus incautos forte occupabit, gratia vobis decrit, propria voluntas vos perdet. Tempus vobis promissum non est, gratia vobis debita non est, voluntas vestra non semper constans et sincera est. Verum quamvis tempus vobis esset promissum, an illud perdere non possentis, vos qui tantum jam perdidistis? quamvis gratia vobis deberetur, an illam rejicere non possentis, vos, qui jam tot alias rejecistis? quamvis voluntas vestra esset constans et sincera, an fraudes illius timere non possentis, vos qui ab eo tam crabro decepti fuistis? Convertimini ergo, et promptè convertimini. Deus vos incautos tempus occu-

Divisio  
286.

Parisi  
ma  
287.

pabit, gratia vos deficiat, propria voluntas vos prodat.  
Expectare, donec navis penitus diffracta sit, quo nau-  
fragium evadatur; expectare, donec incendium magnam  
adrum partem consumserit, ut extinguatur; expectare,  
donec febris ardens ad extremos accensus pervenerit, ut reme-  
dia necessaria sumantur: an non hoc est velle aquis sapa-  
liri, flammis cremari, febre extingui, et temerarie omni-  
bus his se exponere periculis? Equidem verum est, navem  
nondum esse demersam, ignem alta adrum nondum pe-  
tuisse, febrem diem criticum nondum attingisse; Sed age-  
rum, an non procelle et ventus momento navem hanc  
diffingere possunt antequam tabula porrigatur? an non  
potest ignis adrum alta petere priusquam allato sit aqua?  
et an non febris insanabilis evadere potest, priusquam sep-  
timum dies adveniat?

Has sensibiles comparationes cum S. Patribus ad-  
duco, ut intelligatis, quam parvam sapiant illi, qui  
converti differunt. Hic enim, juxta S. Fulgentium  
est innumerorum peccatorum status, qui sub spe tem-  
poris tandem nullum tempus inveniant amplius; debi-  
les illorum obtutus audivisse sufficit, ut oppugnentur,  
eisque ex ipsa spe, quam sibi pollicantur, quanta sit  
ipsorum cocitas demonstratur.

Ah quid? modo conversionem meam cogitare, com-  
mercium hoc dissolvere, personam hanc non amplius vi-  
dere, hanc injuriam condonare, conscientia mea pros-  
picere: Deo sint grates, satis adhuc sum vegetus, has  
omnes violentias mihi inferam tempore suo; modo  
centrum negotia mihi sunt extricanda, quae multum  
impedita reliquit pater meus, haec lis mihi persequen-  
da, filius collocandus, filia maritanda: Erum post haec  
ad illam mantam adjiciam. Neque enim sum ex illo-  
rum numero, qui conscientia et salutis suae negotium  
ad mortem usque differunt, novi id sero admodum esse:  
sed etiam nunc, et sero incipere, justo citius est.

Justo citius est, peccator, justo citius est; ergo tem-  
poris intercessu converteris, id est, tempore, quo tu  
forte non amplius eris. O quam male fundata spes,  
quae non nisi tempore incerto nititur! inquit S. Am-  
brosius. Solane sanctus morti subiecta est? quot vi-  
dimus, infantes, qui in invernabulis sunt mortui? quot  
in proventiori aetate? quot frequentes apoplexias, qui-

bus in suffocati, qui vesperi chorae agerant? quot maligna febres, quae primo aetate viginti quinque annorum homines in delirium, ex delirio in tumulum conjecit?

Singula adhuc accuratius expendamus, omnis generis homines, divites, egenos, juvenes, senes, viros, mulieres alloquamur. Ostendite mihi ex his omnibus vel unicum, qui tunc moritur, quando se moriturum arbitrat? Hic Septuaginta annorum Senex ad minimum sibi tres adhuc vitae annos promittit; forte nec tres ipsi suppetunt dies. Hydropicus iste, ut ut convictus sit, malum suum esse insanabile, sperat tamen se adhuc unius, duorum, trium, vel sex annorum spatio vitam languentem tracturum, et forte priusquam sol occidat, moritur. Vos qui plerumque frivoli valatidine, ad minimum quindacim vel viginti annorum vitam vobis spondatis, et forte intra sex septimanas epiphora vos suffocabit.

Sed ut personale hoc exemplum, quod vos spectat, vobis sensibilius efficiatur, ex aliis, quae vobis sunt extranea capite documentum. Unde est, quod haec familia, quae olim aetate potens et divas erat, de repente dejacta fuerit? nempe quia pater uno anno antequam litem, in qua ipse solus notitiam habebat, fineret, vitam ponit. Quia mater, quae ingenio et sagacitate pollebat, in juvenili aetate defuncta est, liberisque in tenuissima et prima adhuc aetate, necnon cum ipsis appropinqua necessaria speret, reliquit.

Atqui quod in familiis quantum ad temporale evanit, id quantum ad salutem in Religione accidit, ait S. Basilii. Quoties dici audivimus: Viriusti bona erant proposita, equidem aliquantum aequilicantior erat, sed animum omnino Christianum gerabat; nam sapiens cum dicentem audivi, velle se iniquam vitam suam delevare, immo jam in id animum intenderat, sed magno ipsius infortunio id agendi tempus ei non suppetiit: una antequam expiraret hora praesens ipse adhuc meus erat, sermo bonus, et de repente cordis palpitatio, deliquium, gelidus sudor illum eripuit, id non cogitabat Medicus, nos non arbitrabamur, nec ipse credebat: tamen mi-

nus unâ horâ afflavit animam, ac inopinatò oppressus est.

Merito dicit, illum inopinatò oppressum fuisse: Sed id sibi omninò persuasum habere debebat, cum Dominus ipsius se ~~ipsum~~ inopinatò illum occupaturum, atque horâ, quâ non putarat, venturum, cum monisset: id sibi, inquam, omninò persuasum habere debebat, cum idem Dominus ipsi dixisset, Se de nocte venturum sicut furem, qui sub Spissarum tenebrarum vel gravis Somni proasidio facinus suum perpetrat, atque patrem familias in proprio lecto jugulat; sicut fur in nocte.

Sed quid, Domine, tu qui tam bonus es, ut quassatum calammum non penitus diffingas, nec ellychnium adhuc fumans proorsus extinguas, tu qui Deus es misericordiarum et pater totius consolationis, ut tibi juris nomen assumis, ut miserum hominem hunc occupes priusquam ad se ipsum redire cogitaverit? Cur? Quia sub obtentu se semel convertendi justitiam meam praecipere soluit, et justitia mea ipsum praecipuit. Equidem homines possunt decipi; ipsorum simplicitas deludi, ac bona fides circumveniri: Sed quod me spectat, nulla datur astutia, quam ego non delagam, nulla fallacia, quam non rideam. Potest quis impune hominibus ea promittere, quae servare ipsi non est animus, turpibus adulationibus Magnates fallere: Sed quantum ad me, qui me circumvenire intendit se ipsum decipit.

Ah quid, dicitis, an non Deus promisit, quâ horâ peccator converteretur, se illi peccatum suum esse venissimum? Ita equidem id Deus promisit, respondet S. Augustinus: Sed attendite, quod in hac promissione duo continentur, hora scilicet et venia; venia, quae ista est, et hora, quae incerta. Si ad Deum conversi fueritis, vobis indulget, nihil certius; Sed dabitur quando voletis, hujus conversionis horam et tempus? nihil incertius. Veniam à vestra conversione pendet; conversio ab hora vestra, et haec est incerta, adeoque et venia. Conversionem vestram certam facitis, quia horam vestram certam putatis, et Jesus Christus ipsam vobis asseverat, se venturum, et quâ hora non putatis vos occupaturum. Qua hora non putatis,

Hoc non est secretum, inquit, sed solum comminatio; et ego dico, quod sit secretum: multum itaque abest, ut in hoc conveniamus; sed si ita vobis placet, partiamur contentionem nostram. Est ergo comminatio, dicitis, id concesserim; at etiam esse secretum macum asserite. Est comminatio Patris, ergo est pro filiis; est secretum Judicis, ergo est pro reis. Est comminatio pro justis, qui ex metu salutari sine intermissione ad piam mortem subaundam se preparant; sed est secretum contra peccatores, qui infelici et inopinatae mortis iniquissimam vitam conjungunt.

Estisne justis? Estisne peccatores? famam et existimationem vestram imminuere animus non est, sed vos ipsi Judicis vestri estote, ac postmodum concludite, an id pro vobis secretum sit, an comminatio. Non si, M, ut ut magni peccatores sitis, pono, quod non sit secretum, sed simplex comminatio; sed etiam quando dicitis, Deum vobis veniam impartiturum, ponite, id non esse nisi simplicem promissionem; et sic fiduciam vestram in eo, quod Deus vobis promisit, collocantes id reformidate, quod vobis comminatus est.

Si, quia Deus vobis, quacunquē hora conversi fueritis, veniam daturum se promisit, adhuc in peccato vestro perseveratis: inde etiam, quia inopinatam mortem vobis minatur, vos in peccato vestro morituros tenete. Si securi vivere cupitis, fiduciam vestram in eo, quod Deus vobis promisit, non collocata, nisi in quantum id, quod vobis comminatus est, reformidatis. Deus nullam constantem diem vobis promisit, ut vos illam vobis promittatis? Deus se inopinatus vos occupaturum comminatus est, ut securi vivatis? Ne quemadmodum corvus dicatis cras cras, haec est mortis et cloaca avis vocitatio.

Corvus inter et columbam magnum intercedit discrimen. Ut columba vidit, nullum esse super terram locum, in quo ipsa requiescere posset, quod omnia limo et coano plena essent, statim in arcam, undē proximū avolaverat, rediit. Vera animae justae imago, quae per libertatem, qua fruatur, interdum super creaturas volitat, sed quae per gratiam, quam accipit, ipsas deserit, ubi illarum corruptionem at miseriam cognoscit, ut poenitentiae suae gemitibus ad Deum redeat.

Corvus è contrario, cum arcam egressus undique diffusa cadavera invenisset, eis adhaesit vocitans cras cras.

Jugens admodum peccatorum figura, qui perituris et caduis rebus inhaerentes, nunquam festinant ad Deum redire, et tam crebro cras clamant, donec tandem nullum cras amplius inveniant. Adeoque tempus illis deficit; sed quamvis illos non deficiat, habebintne gratiam necessariam ad se convertendum? Id nos examinatum inus.

Lehrs 2. Ja.  
293.

Ne nos hinc Schola quaestionibus circa gratiam implicamus, loquamur candidè et familiariter. mi charissima Auditor. Dicit, quòd post aliquod tempus, Deo te traditurus sis, quò id praestes, oportet, ut ipse tibi gratiam suam largiatur, id ultro tibi compartum est; sed quamnam gratiam ab ipso expectas? Inomniqua demum nomine vocatur haec gratia, victrix, invicta, et efficax: Ego conversionis tuae et melioris vitae gratiam munijandam arbitror; haec proinde ea est, quam postulare debes, sed profectò haec ipsa est praesens est, quam non vis, aut saltem non tam cito desideras.

Non, Non, inquam, conversionis tuae gratiam à Deo postulas, et desideras. Enimvero hanc gratiam tibi jam adeò frequenter obtulit per tot vehementes stimulos, quos in ipso stiaminum pravitate tuae ardore te sentire fecit, per tot dulcia idiccia et suaves ad eum rediendi invitationes. Tam crebro tibi hanc melioris vitae gratiam obtulit, modo per organum Concionatorum, modo per ministerium Confessionum tuorum, modo per afflictiones, quibus te probavit, modo per beneficia, quibus te cumulavit: sed gratiam hanc rejicisti et contempsisti, quia nec flagitiosis commercis, nec oblectamentis tuis nuncium remittere detractasti.

Quamnam ergo est haec conversionis tuae gratia? Valde est pia vita, vel pia mortis gratia, nec enim ego aliam novi. Pia vita gratiam non desideras, ut qui tam male vivas, ac melius vivere tam parum cures; ergo pia mortis gratiam cupis et expectas: et si hoc ita est, per mitte, ut sincerè mentem meam, et quid tu ipse de hac gratia sentire debeas, tibi aperiam.

294.

Quid est pia mortis gratia? est gratia finalis: gratia, quam neque omnium Martyrum sanguis, neque innocens omnium virginum vita, neque omnium Angelorum et hominum merita simul sumpta unquam merari possent; non solum dico pro maximis peccatoribus, quales tu et ego sumus, sed et maximis justis et perfectis: gratia finalis, quae Apostolo deficit, et de qua dubitatur, num om-

nium Regum Sapientissimo, necnon aliis praeclarissimis-  
 viris, ut fuit Testulliani et Origenes, concessa fuerit:  
 gratia finalis, quam non habuisse Simus Martyras quos-  
 dam in medio congelatorum Stagnorum, ubi jam semi-  
 mortui erant; nec in medio ardentium prunarum, ubi vix non  
 jam consumti erant: gratia finalis, quae Senegata fuit  
 tot Anachoratis, qui in Desertis caruerant, atque post quadra-  
 ginta annorum solitudinem ex pia vita ad impiam mortem  
 transierunt.

Haec tamen est gratia illa finalis, quam post quadra-  
 ginta annorum intemperantiam, impunitatem, usuras, vindictam,  
 haledationes, Dei contantum, tui muneris oblivionem,  
 tuae salutis negligentiam patis, et quo fultus? forte tuis bo-  
 nis operibus? Sed tu nulla fecisses ipse suis, et quamvis  
 fecisses, haec gratia ipsis ex merito condignitatis ipsis  
 non deberetur. Forte Dei promissione? Sed ostende mi-  
 hi in tota S. Scriptura vel unicum textum, ubi Deus  
 impiae vitae piam mortem spondeat, innumeros tibi  
 citabo, ubi videbis, quod plerumque talis vita talis  
 mors, quale initium talis finis sequatur. Forte infi-  
 nitis Jesu Christi meritis? Hoc unicum tuum potest esse  
 per fugium; unde etiam dico, quod, cum aliis peccatori-  
 bus gratiam hanc tribuerit, eam quoque tibi ex magnâ  
 et immodicâ suâ misericordiâ concessurus sit.

Magdalena, inquis, fuit mulier in civitate pecca- 295.  
 trix; David homicidium at adulterium commisit;  
 bonus latro vitam innocentem haud egerat, utpotè quam  
 in patibulo finivit. Sed quid inde concludis, quod con-  
 tra te non faciat? An non Magdalena, quam primum  
 cognovit Jesum Christum in domo cujusdam Charisari offa,  
 statim accurret, sequa ad illius pedes prostravit? An non  
 David se ad primum Nathan propheta verbum submi-  
 sit? an non cilicium induit? an non cinere se cooperuit?  
 an non illustris hic poenitens singulis noctibus stra-  
 tum suum lacrymis suis lavit? an non jejuniis animam  
 suam humiliavit?

Quod bonum latronem spectat, quando nam ad se  
 ipsum reversus est? Ultimâ vita sua horâ, infis, et  
 ego dico, id primâ fidei suae, et ultimâ pitae suae horâ  
 ab ipso factum fuisse. Et tu, an primâ fidei tuae horâ  
 ad te ipsam reversus es, tu, qui tam modicam habes?  
 et an non primam etiamnum malioris vitae horam  
 necdum incepisti?

Per te mihi liceat hic alias omittere circumstan-  
tias, quae ipsi faventes fuerunt, et quae quantum ad te hu-  
juscemodi non sunt, quod conversus fuerit ad latus unius  
Dei, qui sanguinem, honorem, vitam suam patri suo offe-  
rebat, ut tibi alium latronem exhibeam, qui in eodem  
Calvariae monte et ad latus Jesu Christi tanquam repro-  
batus vitam ponit. Ex his duobus latronibus, qui mo-  
runtur unus ad dexteram alter ad sinistram Jesu Chris-  
ti, primus salutem aeternam consequitur, alter ad  
aeterna supplicia damnatur: Cur hoc? Audi S. Augusti-  
num: Unus, ne desperes, inquit, Solus, ne prosumas. Uni  
venia datur, ne desperes ex errore, in quem labi posses,  
quod Deus nunquam porat. Sed etiam uni soli venia  
tribuitur, ut si unus sperandi occasionem det, alteri  
mendandi ansam praebet.

296.

Ut ut culpabilis sis, nunquam Despera, eus unus,  
cui facta est misericordia; sed ne etiam vanè prosumas,  
an alius, cui denegata fuit: Ne adjicias peccatum super  
peccatum !: Spiritus Sanctus est, qui loquitur: et ne dicas,  
misericordia Dei magna est, et multitudinis peccatorum meo-  
rum miserabitur.

Ne adjicias peccatum super peccatum ex vana et flagi-  
tiosa fiducia; quod misericordia Dei magna sit, et quod non  
obstante numero et enormitate criminum tuorum tui  
miserabitur. Equidem verum est, quod sit pater miseri-  
cordiarum; sed non minus verum est, quod sit Deus  
ultionum. Misericordia ipsius et justitia adeò cominus  
se se sequuntur, ut nihil eas sejungat; misericordia pra-  
cedit, justitia sequitur; et sicut misericordia commiserati-  
onis oculo peccatores per totam ipsorum in hac terra vi-  
tam intuetur, ut illos toleret; ita etiam justitia in  
morte eodem indignationis oculo respicit, ut perdat.

Sequere ergo consilium, quod tibi Spiritus S. im-  
partitur: Quia Deus bonus est, nunquam concludas  
te debere esse malum. Sufficit, et haec, nimisquam  
sufficit, quod per tot annorum spatium ex obstudine,  
mente minimè commotà, et ex proposito deliberato  
illum offenderis ad ipsam etiam ex parte cogendum, ut  
recte respiciat nec audiat. Actionem tuam Dominus  
fuerit ad eum, quantum tibi placuit, offendendum; ad mi-  
nimum aequè suarum gratiarum ipse Dominus erit, ad  
eas, quando ipsi plauerit, tibi denegandas: gratias  
illius, dum vivares, rejicisti, et vicissim ipsa preces tuas

reijciat, ubi ultima, rades suspiria.

Ultimò te monere debueram, quòd conversionem tuam protelando non modò tempus te inopinatò occupaturum, non modò gratia te defactura, sed etiam propria tua voluntas te perditura sit. Sed omittamus hanc terti- am considerationem, et excellenti consilio finiamus, quòd ad Cor.

298.  
 Quod in protelatione conversionis tua totam spem tuam constituit, non nisi quòdam fortè vititur. Fortè Deus tibi misericordiam largietur, fortè non. Quando pecuniam in argentaria usuraria collocas, quando magnam illarum partem Mercatori cuiquam concedis, an aliam precautionem non adhibes nisi quòdam fortè? fortè hæc pecunie mihi reddentur, fortè non. Deus quibusdam gratiam conversionis largitus est, aliis denegavit, fortè ego eandem recipiam fortè non. Cogitate Christiani, serò cogitata quid agatis et dicatis: Cogitate quid de anima deliberatis. Non de collocatis in argentaria usuraria pecuniis hæc agitur, aut de occupandis in annuarum pensionum vartigalibus fundis, vel hereditatis alienius cautione: Etsi hæc pecuniam, hos nummos, et hereditatem istam amisissetis, etsi vos et liberi vestri ad incitum redacti essetis, eam toleraretis conditionem, quam multi alii tolerarunt, quorum alendorum curam in se suscepit providentia, quæ corvos in deserto non derelinquit. Sed animam vestram et salutem periculo exponere propter unum fortè, quòd tot peccatoribus, dum viverant, vanè ablanditum est, et quòd hodie tot in inferno damnatorum desperationis causa est; Quam terribilis error! si semel anima vestra jacturam feceritis, tum nulla damnium hoc resarciendi amplius spes; si animam vestram perdidistis, tum in sempiternum perdidistis. O quam nimis serò in ultimæ vitæ periodo vitam meliorem arripere velle! O quam serò nimis cupere esse Christianum, quando sunt ethnici vicini. O quam serò nimis se Deo tradere velle, quando mundi esse non amplius possumus! Hæc desiderium peccatorum peribit, horum hypocritarum spes ipsos confundat.

Infelix Damna, utinam tibi vel exiguum tempus  
dare possem, ut poenitentiam ageres; o quam bene illo  
intereris! Infelix Damna, utinam prostrata valessem,  
ut quibusdam gratia scintillis illustrareris; o quantum  
conareris eidem esse fidalam? o quantam laetitiam in hoc  
tormentorum loco hoc misericordiae radios intraveris!  
Sed hoc est impossibile: inter Deum et te impavium in-  
terjacet chaos, porta abyssi super te clausa est, omnis  
tua spes perit.

Longae Domini patientiae grates, nondum ad usque vo-  
biscum ventum est dilecti fratres mei, hae conversionis  
media vobis adhuc concessa sunt, tempus adhuc suppedit  
querendi Jesum Christum, qui vobis, sicut infelicibus ve-  
probat, non dicit, quod ubi ipse sit, vos venire non possi-  
tis. Si huiusque gratia ipsius restitistis, si amplius resis-  
tere nolitis, et quemadmodum per suam justitiam a vo-  
bis recessit, ita ad vos accedat per suam misericordiam,  
non obstantibus voluntariis et malignis protelationi-  
bus illis, quas vestrae conversioni attulistis, invariatis  
illis, sicut humilitate, dolore, sancta et inquieta  
impatencia ipsum queratis, Jonas in beata caloni-  
tate se ipsum vobis donat.

### Documenta Moralia

Sensa Patrum et Theologorum circa conversio-  
nem peccatorum.

#### I.

299.

Tres famosa peccatrices verae conversae nos docent,  
in quo vera conversio consistat; Chananaea scilicet,  
Samaritana, et beata Magdalena. Chananaea à fini-  
bus Tyri et Sidonis regione idololatram egreditur: cri-  
mum verae conversionis exemplar, oportet desere pec-  
catum et ab eo egredi. Samaritana hydriam suam  
panes putrum Jacob relinquit, et vadit, ut habitatori-  
bus Sichar annunciet, se Messiam invenisse: secundum  
conversionis exemplar, omnibus peccatorum nostrorum  
impedimentis nos expedire oportet, nec non sancta  
vita exemplum esse iis, quibus per malam scanda-  
lum dedimus. Magdalena se ad pedes Jesu Christi pro-  
volvit, quos lacrymis suis irrigat, et capillis tangit: ter-  
tium conversionis exemplar, oportet, ut pro peccatis  
nostris Deo satisficiamus, idque ad ipsum placandum  
sumamus, quod contulit ad ipsum offandandum.

II.  
 Hujus illustis poenitentis imaginem S. Paulinus mi-  
 rificis adumbrat\*, Ipsam intuetur pedibus Jesu Chris-  
 ti obvolutam, magis ob amoris sui sinceritatem, quam  
 obsequiorum utilitatem à Deo suo aestimatam. Bona ta-  
 meraria et sanitate impudens domum alienam non invi-  
 tata ingreditur, nec Pharisaeorum opprobria et malignas  
 censuras reformidat. Celesti inspiratione convicta, quod  
 poenitentia jucundam Deo inferat violentiam, vaguinq[ue]  
 ipsius non nisi hoc pacto rapiatur, amoris sui vaheman-  
 tia ita se permittit, ut quicquid avarerit, vitam mutare  
 et salutem suam consequi statuat. Statim ac coenaculum  
 ingressa fuit sermonis divini avidior quam ciborum, quibus  
 mensa instructa est, se ad pedes Jesu Christi objicit, ubi  
 sanctuarium sibi aedificat, nec non altare erigit, in quo  
 lacrymarum suarum aquam, unguentorum suorum odorem,  
 et amoris sui ignem in sacrificium offert.

300.

\* Ep. 23. ad Sa-  
barum

## III.

301.

Cum ipsa sit verum poenitentiae exemplar, sua etiam  
 agendi ratione denotat quidquid ad peccatorum remissio-  
 nem conferre potest. Unguentum ipsius est ei unctio  
 ad ipsam conservandam, poenitentia sua lacryma  
 illam purificant, et amoris sui ignis, quicquid in ipsa  
 immundum est, consumit, gratamque Deo victimam  
 efficit. Manibus et ore panem vitae attrahat, lana-  
 orque oculis suis pedes Servatoris premens, in suam  
 justificationem sanguinem calicis sugit, antequam  
 pro nobis in ligno crucis affensus sit.

O quam felix fuit suavitas Jesu Christi in mor-  
 talis vitae sua disbus ita degustare, et ipsius sacrum  
 corpus cum tenetudine illud osculando spiritualiter  
 recipere! Ut ut magnificentum fuerit convivium, quod  
 huic Deo homini Pharisaeus ille praeparaverat, haec  
 et casta amatrix eidem praalata fuit; ipsa, quae an-  
 illae officio fungebatur, dum Judaeus iste mense afri-  
 dabat; ipsa, qua famis et siti justitiae praesa tam ap-  
 tã salvia conversionis suae momenta obravabat.

## IV.

302.

Quanta gloria, quod ut ut peccatrix in corde Dei sui  
 honorificam aestimationem habuerit pra Pharisaeo,  
 quod obsequiorum suorum affiduitate majus benefi-  
 cium acceperit, quam ille convivii sui magnificentia  
 obtinuerit! Talis erat admiranda providentiae dispo-  
 sitio, qua in suis aeternis consiliis in ipsius gratiam sacra-

varat, quod, iuxta predictionem Noë, Japhet habitaturus  
esset in tabernaculis Sem, id est, quod Ecclesia in domo  
Prophetarum justitiam acceptura esset, et quamvis, quo-  
ad temporum ordinem Synagoga inferior esset, tamen  
per gratiarum suarum excellentiam et abundantiam ipsi  
superior esset futura. Caput et pedes Jern Christi unquen-  
tis suis perfudit: caeremonia, qua Phariseo in mantem  
non venerat: sed tamen mysteriis referta caeremonia, qua  
nobis indicat, quod, atri Phariseus, qui Synagogam refra-  
bat, olei et aqua salutis fonti proximus fuit, tamen hu-  
jus olei et aqua fons, charitas nempe, in ipsius corde exa-  
marit.

## V.

303.

Si conversioni nostrae serio operam dare cupimus,  
hanc illustrem poenitentiam pra oculis semper habere nos  
oportet; conemur, quemadmodum illa, magna chari-  
tate magna delere peccata; sicut illa patrisfam-  
lias pulsamus fores, ut opportuna et importuna ab ipso  
panem vitae patiamur. Ingre diamur, sicut illa, om-  
nes domos, ubi Jernum esse ac de illo sermonem haberi  
novimus.

\* Ep. 22. ad  
Saronum.

Quantum ad me, inquit S. Paulinus\*, cum sciam, quod  
Spiritus Sanctus spirat ubi vult, conabor hunc divinum  
Spiritum in omnibus locis, in quibus habitum ipsius sen-  
saro, colligere. Quamvisque utiamsi Pharisei alicujus  
bonum vir probus ingressus fuerit, ibo visurus hunc divi-  
num hospitem, ut ipsius gratiam obtineam, atque mun-  
era mea docear. Ad omnia loca urram, ubi novero de  
ipso sermonem fuisse habitum, atque in civitas domos  
me transferam, ubi ipsum quiescere arbitrabor, ut co-  
ram ipso prostratus exiguam luminis ipsius effusionem  
recipere valeam. Procut ut ipsius pedes contammam, eos-  
dem cum reverentia amplectar: nimisquam felix, si  
ab ipsis eandem gratiam obtinere possim ac mulier  
illa, qua vestimenti ipsium simbriam tangens sanata  
est, aut agroti illi, qui ab umbra corporis Apostolorum  
sanitatem receperunt.

## VI.

304.

Capillos nostros ad pedes Jern Christi collocemus; depo-  
namus coram illo humi humanarum magnitudinum  
factum, nos ipsos humilissimos, ut ab illo exaltamur, quia  
summo coelo cum voluptate humilia respicit; lacryma-  
rum nostrarum abundantia testificamur dolorem, quem

De enormitate peccatorum nostrorum habemus, ut Jesus Christus de quolibet nostrum dicere possit: pedes meos lacrynis suis rigavit, et capillis suis terxit.

Cum Apostolorum horum pedes lavit, suos lavare voluit, forte quia volabat, ut eos lacrynis nostris lavaremus, quod respectu mei maximum meritum est ac summa virtus, quando in meam utilitatem fieri potest, quod ipse de Magdalena dixit: lacrynis suis pedes meos rigavit, et ex quo intravit, eodem osculari non cessavit. Castum osculum, et pignus charitatis illius, quae operit multitudinem peccatorum. Timidum et reverens osculum, quod à sacris Jesu Christi pedibus incipiens in eo statu constituere potest, ut ipsius oris osculum ab illo humiliter petamus: quia tunc, postquam cum corda pura verbum Dei suscipimus, et quam suavis sit Dominus, degustavimus, paulatim anima nostra sapientiae amore incalcescit, et charitatis divina sagittis transfixa, omnibus alieni amoris falsis dulcedinibus renunciat, quod signum est verae et perfectae conversionis.

## VII.

305.

Haec conversio in sacra Scriptura vocatur Justitia, remedium, reparatio. Justitia; Deus, qui cum contemtu habitus fuit, in ea vindicatur. Remedium, peccator, qui se lethaliter vulneravit, sanatur. Reparatio; proximus, cui injuria fuit illata, suis juribus restituitur. Sed ut Deus in ea vindicatur, oportet, quantum est possibile, poenam juxta peccati proportionem mereri: ut peccator in ea sanetur, oportet malo remedium adhibere: ut proximus in ea juribus suis restitatur, oportet injuriam sibi illatam reparare. Talis fuit conversio S. Petri, Publicani, et Zachari, inquit S. Chrysostomus. Petrus toto vita sua spatio plorat et gemit; Publicanus tundit pectus suum, quod vera cordis sui sedes est; Zacharius ait, quod, si quem defraudaverit, reddere velit quadruplum. An in nostrae aetatis conversionibus eadem justitia Deo redditur, an peccato idem remedium offertur, an ita proximo satisfacit? Petrus pro aliquot momentorum negatione aetatis vitae suae diebus plorat; et pro plurimum annorum peccatis vix aliquas lacrymas Deo dare volumus. Publicanus rubore suffusus in ima templi parte stans pectus suum tundit. Sed si hujusmodi poenitentes pectus tundunt, vehementer motus, inquit S. Chrysostomus, ne

cor ipsorum quidquam sentiat. Zacharus ait, se dimidium bonorum suorum pauperibus daturum, atque plus, quam rapuerit, restitutum: Verum quot rapuerintur hodie conversiones aut avara aut injusta! avara, quando de bonis nostris nihil damus; injusta, quando quod aliorum est retinemus.

## VIII.

Conversio et poenitentia omni tempore sunt conveniantes, et tamen certis annis festis alligatae sunt; sunt omnis seculi, et tamen in iis exceptiones quaruntur; sunt omnis professionis, et tamen saepe mitigationes patentur pro professionibus, in quibus peccata, cum graviora sint, longiora et severiora satisfactiones requirunt.

## IX.

307  
\* Orat. in sancta  
ca lumina

Proter Baptismum aquae, datur, inquit S. Gregorius Nazianzenus\*, Baptismus lacrymarum, qui longi laboriosior est. Est namque Baptismus illius, qui singulis noctibus peccata sua deflet, quorum cicatrices odoram exhalant intolerabilem. Baptismus, inquam, illius, cujus conversio Manassis et Ninivitarum conversionem imitatur; illius, qui eadem, ac Publicanus, verba usurpans justificatur pro insolente Pharisaeo; illius, qui humiliter Dei misericordiam implorat ad imitationem Chananae micas manducare postulans, quae cadunt de manna Patrisfamilias.

## X.

308

Deus peccata nostra dissimulat, ut tempus nos convertendi et poenitentiam agendi nobis concedat, inquit Eusebia in suis precibus: Deus nihil aliud nisi conversionem nostram petit, nosque non alia ratione ad poenitentiam vocat, nisi ut gloriae suae participes efficiat. Bene valida rationes, quae nos ad primum hoc officium obligant, necessitas scilicet ipsius et utilitas. Poenitentia, quam agimus, est fructus misericordiae ipsius, et gloria, quam expectamus, est fructus poenitentiae, quam agimus. Itaque si eam non agimus, tunc Domini gratias abutimur, nobis mot ipsi salutis viam pracludimus et illius spem nobis auferimus.

## XI.

309.

S. Hieron. serm.  
De Offendopros-  
phatis.

Si Jesus Christus ait, se non venire ut justos ad poenitentiam vocaret sed peccatores, cavete, nec haec verba, quae a deo magnam consolationem vobis afferunt, teporem

vobis injiciant. Non de quadam simplici vocatione loquitur hoc locus Jesus Christus, sed de vocatione ad mortificationem et poenitentiam. Cavete ne ea ab invicem separatis, quae conjungi debent. Vobis hanc vocationem predicamini; est vixsa gratia quaedam: sed haec vocatio ad poenitentiam vos terret; et hic est poenitiosa confusio. Non ad occupationes vanas et profanas vocat vos hic misericordiarum Deus, sed ad humilium virtutum et austeritatum praxim. Nec verba nec colloquia inutilia à vobis postulat, sed verba sancta, quae proximum vestrum aedificent, et Patri coelesti gloriam, quam merentur, reddant. Minus adhuc ad choros, ad voluptates, et saeculi cantilenas vos vocat; sed ad vigilias, ad jejunia, ad preces. Beati non qui vident, sed qui lugent: id est, addit S. Chrysostomus, qui lugent peccata sua. Ultima ergo haec beatitudine formi? incipite poenitentiam agere, vix aliquot passus in suo studio ito feceritis, et Deus poenitentium vobis opitulabitur, vos corroborabit, et ingenti gaudis afficiet.

XII.

310.

lib. 2. de poenitent. c. 9.

Dantur peccatores, inquit S. Ambrosius\*, qui Dei iudiciorum metu parvuli ad poenitentiam admitti postulant; sed vix ad eam admittuntur, et publicarum humiliatum pudore recedunt. Hi videntur, quod postquam pro actione mali, quod perpetrarunt, poenitentiam petierunt, postea boni, quod agere statuerant, poenitentiam agant. Hi videntur malorum gestis poenitentiam, agere bonorum.

XIII.

311.

Temporivè et diu agenda est poenitentia; temporivè, quia tarda conversiones sunt periculosissima; diu seu longo tempore, quia delicata et debiles non minis sunt periculosa. Quando aliquis agrotat, non usque ad ultimos dies Medicum vocare, et necessaria ad sanationem suam remedia sumere differt; et ubi ea semel sumit, non illa duobus aut tribus diebus post diebus relinquit. Id ipsum agite in vestris spiritualibus morbis, inquit S. Chrysostomus\*, temporivè animarum vestrarum Medicum vocate, et vobis persuasum sit, quod, sicut aegro inutile est, per tres aut quatuor dies praescriptam diastam servare, nisi eam continet, neque etiam vobis, quidquam proderit, per aliquod diuturnat tempus mortificationibus et severitatis Evangelica legibus vos subicere: oportet, ut, in iis cum animo forti perseveratis, oportet, inquit Apostolus, ut quemadmo-

\* Hom. 3. ad pop. Antioch.

Item corpus vestrum iniquitati servire fecistis, ita etiam illud in vestram sanctificationem iustitia servire faciatis.  
Attendite, quid hic dicat Apostolus, servire iustitia; inquit, servire non est obligatio, qua transeat, sed qua semper durat; servire, non est per aliquot duntaxat dies vos legibus Domini, cuius mancipia estis, subicere, sed semper ab ipso mandatis pendere, ad ipsum iussa esse dociles, ac semper paratos esse ea exequi, donec plenam et integram libertatem recipiatis.

312.

## XIV.

Conversio à tribus rebus pendat; ab attentionibus, quas facimus, à propositis, qua capimus, et ab obligationibus, quibus nos subiicimus: Si miserum statum, ad quem per peccatum reducti sumus, cognoscamus, si illud deservere statuamus, ac animo forti consilium hoc exequamur, tum veri poenitentis erimus. Filius prodigus, qui conversionis figura est, hac sententia animo revolvens ei dedit initium: Ma miserum quanti mercenarii in domo patris mei omnibus abundavit, et ego hic fame peres? Ab hac attentione transit ad propositum: Quid dicitis delibero? Surgam et ibo ad patrem meum. Et demum à proposito venit ad executionem, se patris sui pedibus involvit, peccatum suum ei confessus est, atque ab ipso veniam petit: et cum sibi persuasum haberet, se suavis illis delictis, qua non nisi filius semper submissis debentur, indignum esse, in ordine servorum, quorum occupatio humilis est et laboriosa, collocari voluit. Excitati poenitentes, hac animo volente; poenitentes fluctuantes; hac proposita capite; poenitentes ignavi, ad hanc venit executionem.

313.

## XV.

\* lib. 2. de sum.  
cap. 17. §.  
29.

Peccatum deservere, virtutem amplecti, inviolatè munerari suo adherere, sunt tria signa hominis verè conversi, inquit S. Hieronymus Hispanensis\*, quidam per internas, quas sentiant, suavitates suam conversionem incipiunt; alii per lacrymas, quas fundunt, et stimulos, quibus agitantur; sed quovunque semper modo id fiat, absolute necessarium est, ut hi et alii peccatis suis renunciant, novam viam ambulent, et posita semel ad aeternam manum, non amplius respiciant retro.

Non nisi hoc modo preparari possunt via Domini, montes debent humiliari, et vallis impleri, et quod curvum erat, rectum fieri: Superbia dejacta, fastus ornamenti suis spoliatus, vana jactantia mutata in sinceram acurrationem, et horum montium humiliationes. Virtutes Christiana restituta, humilitas, suavitas, simplicitas, bona fides in commercio,

concordia in familiis, pax in cordibus divisis, puritas in cordibus lacivis, veritas in cordibus dolosis, charitas in cordibus invidis, tenacitas in cordibus Juris, affabilitas in cordibus favocibus, cum haec vales impleta.

Sed quid est retro aspiciere? Scilicet, non deserere vitium, nisi ut resumatur, spariosas facere pollicitationes, ut violentur, in viis justitiae ambulare non nisi ut perigravam quamdam ingratitude ab iis discadatur. Haec licentioris vita femina pro aliquot diebus suos ornatus deserat, Sed eos postea statim resumat; forte tota lazymabunda valut Magdalana ad pedes crucifixi gemat, Sed multum à Magdalana diversa, priora sua vincula iterato nodo colligabit, post priora libidinis suae objecta evoret. Fortè quemadmodum uxor Loth, Sodomam egredietur, Sed sicut imprudens haec mulier, retro aspiciet, quia in infelici civitate illa reliquerit id, quod ipsi erat charissimum.

## XVI. "ur

314.

Inter peccitantes inveniuntur Epiphi, qui, exento vato-ri hominis, illius affectus et agendi rationem retinent, quasi verarentur eidem esse infidales, inquit S. Bonaventura\*; ita ut monstruosa compingine in ipsis confusa videantur, quae sancta et profana, religiosa et saecularia, quae Jern Christi et quae Sathanae sunt: inobedientia filii, plantae spuricae, fructus inutilis et amari, homines, quos Deus non agnoscit, nec Sathanon probat, ad utrumque pertinere vellent, et ad neutrum pertinent; conciliare munera incompatibilia, severitatem poenitentiae cum morum molitie, hoc Deus nunquam probabit.

\* De Speculo  
Nortiorum  
c. 5.

Quaedam inutiles cogitationes, quae ipsis adveniunt, tanquam periculosas neutiquam respiciunt. Magna peccata vitare contenti, ea, quae mortalia esse non credunt, valut nihil reputant; semper praecceptum inter et exemptionem disputantes sibi vitiosas regulas et erronea principia conficiunt, in quibus quiescunt; nescientes, quid sit timor filialis, valut superstitiosos et tetricos intuantur illos, qui vero salutis suae desiderio permoti conscientiae suae puritatem sollicitè custodiunt.

## XVII.

315.

In hoc capitis spiritu ad ea minime attendunt, quibus perfecti ad Deo grati esse possunt, addit eadem S. Bonaventura. Si ipsis dicatur, ut supra se ipsos vigilent, adversus tentationes

Daemonis et amoris proprii fraudes se muniant, sibi imaginantur, huiusmodi conatus esse vel inutiles, vel nimis incommodos, quod nimium ab ipsis exigatur, nec non officiis, quae ipsos non tangunt, subjiciantur. Inde illi hyperbia et insolentia motus; horror ille correptionum et censurarum; proprii sensus amor ille: potius rectorum quam directi, sapientia Confessarium ad hanc turpem necessitatem redigunt, ut patiens quod volunt, quam quod ipse vult, faciat. Inde indolentia illa, et interdum contemptus, quo illos auscultant, qui ipsis salutis viam ostendunt. Eimvero nimisquam verum est, quod Salomon ait: Insensatus illum, qui ipsi in institutione loco patris est, irridet; nec immerito dicit Author libri Ecclesiastici, quod imprudens salutaria monita, quae ipsi dantur, et quae ipsum in officiis continent, respiciat velut vincula, quibus pedes et manus ipsius vincuntur.

Præter contemptum, quo aliorum adhortationes prosequuntur, non nisi debilitat et coaco more ad id feruntur, quod ad ipsorum salutem conferre potest. Si quoddam bonum opus aggrediuntur, statim illud deserunt, minimus labor ipsis trabium parit, minima difficultas ipsos deterrat et angit. Sapientia obtensas infirmitates praesentunt, et facile lassitudinem quaerunt. Sapientia amoris proprii proclivitate absorpti, nullam voluptatem nisi in bonis, quae ipsos demulcent, respiciunt. Vitia potius quam virtutes aliorum attendentes, si in proximo suo agendi rationem à regula deflectentem vel eminus vident, statim illius exemplum proferunt, ut imperfectiones suas et desideria cooperiant. Ipsorum confessiones sunt simulatae, compunctio rara, dolor brevis, preces insipidae, lectiones sine ordine et fructu, conversiones languidae, quae plerumque eos ad prioram vitam reducunt, Des ipsos rejiciant et ex ore suo evomunt, inquit S. Bonaventura.

## XVIII.

316.

S. Ambros. in  
Ep. 118.

Vulnus, quod ad medicinae regulas sanatum non est, brevi renovatur, imò inde ipsius sanatio lentior evadit. Haec ratio, si venenum intarius diffusum est, remedia, quae exterius suntuat adhibentur, sunt omninò inutilia. Ordo medicinae postulat, ut quod corruptum est, secat et uratur, et si vitiosi humores non purgantur, frustra absque sanari tantatur. Hinc etiam Regius Propheta tanquam providens et beneficus Medicus loquens declarat,

ad id deploratum agrum, ac est peccator, iuxta regulas sanari oportere, ut remedia, quae ipsi praescribuntur, ipsi fiant utilia. Oportet ergo, ut haec occasione conscientiarum Moderatores non modicam justitiam et prudentiam adhibeant, poenitentibus non nisi eas remittendo culpas, quas ipsis remitti posse arbitrantur, ne illis temerariam exhibendo indulgentiam se ipsos tota Legis Severitati exponant. Plerumque, inquit S. Ambrosius, non coere- re delinquentes, majoris austeritatis est, quam si ulis- caris.

XIX.

Natus homo non de repente formatur. Conceptiones imperfectae hujus magni operis absolutionem praecedunt, et lapsa multo tempore ipsi opus est antequam nascatur. S. Paulus, qui se abortivum nuncupat, talis non erat, sed abortivo mihi. quot in Eularia reperimus? quot, qui externè per praecipites absolutiones reconciliati videntur sive nova creatura in Christo Jesu, et tamen non sunt.

317.

Hominem verè et planè conversum vocamus eum, qui Deum ex toto corde suo precatur, qui coram ipso cum vero dolore gemit, qui per continuum bonorum operum exercitium illum placare totis viribus conatur; quem saniqua poenitet, qui laborat, qui rogat; cujus cor per poenitentiam immutatum est, cujus labore corpus affligitur, et oratione conservatur.

Si precam exto-  
to corde quis fa-  
ciat, si veris poe-  
nitentia la-  
mentationi-  
bus ingemis-  
cat, si ad vani-  
am dulcedi sui  
Dominum justis  
et continuis ope-  
ribus inflectat  
... poenitenti,  
operanti, rogan-  
ti potest ele-  
mentar ignos-  
cere. S. Cyprian.  
De lapsis.

XX.

Haec conversio plerumque non est opus unius diei: Se-  
cussus, eleamonyna, oratio, jejunium poenitentiam ad eam  
preparant. Secussus, ut vitam solitariam amara dicat,  
atque per cordis solitudinem contagiosum mundi aërem  
fugians, varia, quae in nimis frequentia hominum commar-  
cio perpetravit, peccata expiet. Eleamosina, ut iis pec-  
cata sua redimat, prout magno cuidam peccatori auc-  
tor erat Daniel, atque per charitatem Sibi amicos fa-  
ciat, qui eum in aeterna tabernacula introducant. Ora-  
tio, ut per ingenuam miserationum suarum expositionem  
constet flectere misericordiam illius, qui humiles à pro-  
pinquo respicit, ac non nisi à longè et cum indignatio-  
ne superbos intrat. Jejunium, ut cupiditatem sua-  
rum intemperantiam reprimat, et blandis tentationibus  
falsisque voluptatum illacubris resistat corpus suum in servi-  
tatem redigans, et admittens culpas deflens cavet ne in porta-

Bona est oratio  
cum, jejuniis et  
eleamosyna.  
usus, doloris abla-  
gat humorem  
crimini, erroris  
delicias. Ita dum  
dolamus admif-  
sa, admittenda  
excludimus, et

318.

fit quaedam de  
condemnatione  
ultra disciplina  
innocentia.

S. Ambros. l. 2.  
De poenit. c. 10.

319.

\* Part. 3. Pastor.  
Admonit. 51.

rum sas committat; et gratia Dei adjunctus sibi sanximus dis-  
ciplina et innocentia consuetudinem efformat, inquit S. Am-  
brosius.

## XXI.

S. Gregorius vult, ut peccatores, qui verè converti cogi-  
tant, ad consilio iuventur, quod raro fortè ipsis datur, aut  
cujus proxim ipsimet sapè negligunt. "Admonendi sunt, in-  
quit\*, " qui admissa deservunt, nec tamen plangunt, ne jam  
"relaxatas arctiment culpas, quas etri agendo non multi-  
"plicent, nullis tamen flatibus mundant. Neque enim Scip-  
"tor, si à scriptura cessaverit, quia alia non addidit, etiam  
"illa, que scripturavit, solvit. Nec qui contumelias irrogat,  
"si solummodo taceat, satisfecit. Nec debitor absolutus est,  
"quia alia debita non multiplicat, nisi et illa, quae liga-  
"verant, solvat. Peccatum est manna, injuria, debitor,  
"quid ergo agere debeatis, attendite, ne de eo in iudicio Dei  
"corripiamini. Neque idè Deus nostris conviciis pariter  
"et lacrymis, sed delictorum nobis per contraria medicamen-  
"ta mædatur, ut qui voluptatibus delectati discipimus, fla-  
"tibus amaricati redcamus: et qui per illicita defluendo car-  
"nidimus, etiam à licitis nosmet ipsos restringendourga-  
"mus, ut cor, quod insana letitia affuderat, salutaris tristi-  
"tia inurat; et quod vulneraverat elatis superbia, uet ab-  
"jectis humilis vita.

## XXII.

320.

Homo verè conversus ita corde et animo affectus esse de-  
bet, ac fuit Saulus, quando Jesum Christum hinc alloque-  
batur: Domine quid vis ut faciam? Oportetne deservere hanc  
creaturam? eam deservere. Huic voluptati renunciare? re-  
nuncis. Huic contumtum tolerare? consentis. Quid me  
vis facere? Verba in ore poenitentium rara admodum! Sen-  
sa in ipsorum cordibus adhuc rariora! Cum à Deo querere  
deberent, quid valit, ut faciant, libentius ei dicunt, ut  
quod voluerint, ipse faciat. Inde illa adversis Pastores aut  
Confessarios aliquantum severos querimonia. Inde vana  
et frivola rationes illae, quibus cordam seducere conantur,  
rationes tamen, quae ut ut vana sint, nimis sapè viribus  
potent, ad conentiam Ministrorum Domini firmita-  
tam, qui veriti na inimicos sibi faciunt, aut passim mala  
audiant, nimis officiosè callidas poenitentium suorum ex-  
ursationes audiant. Inde tam pauca vera conversiones,  
quia tam pauci sunt Christiani, qui adversis cupiditates suas

dimicant, malasque consuetudines suas vincant; tam pauci qui aliam vitam rationem inuent et à peccati occasionibus se velint separare. E contrario ubique reperuntur ignavi vel hypocritae, qui ubi à suis cupiditatibus discedere debeant, cum eis passim cupiunt, aliquot dierum inducias ab ipsis postulantes, ut postmodum fortius quam unquam primum commercium renovent: Commestum sibi faciunt delinquendi, inquit Tertullianus lib. de poenit.

XXIII.

Deus nihil aliud nisi conversionem nostram quaerit. Omnia quae in ipso et extra ipsum sunt, ad eam nos impellunt. Ipsi nos cogitationes sunt cogitationes pacis, ut nos consolatur, et non afflictionis, ut nos dejiciat. Ipsi spiritus est spiritus dulcedinis. Ad nos venit, ut casta et salutaria remedia afferat iis, qui contriti sunt corde, ut captivos in suam libertatem afferat, ut annos salutis annunciet iis, qui inter brachia misericordiae suae se conjiciunt. Ipsi ministri sunt ministri reconciliationis, ponit in eis verba pacis, nos exhortatur per eos, ut convertamur et ipsi reconciliemur. A nobis exigit verum dolorem, quod eum offenderimus, et per hunc dolorem nos à majori liberat. Prima mulieri dixerat, In dolore paries: Sed in poenam peccati statuit, in nostrum vertit commodum; Quod in poenam dedit, in salutem vertit: peccatum dolorem peperit, dolor peccatum tollit. inquit S. Chrysostomus.

XXIV.

Conversiones dilata et praecipua illa, quae ad mortem usque remittuntur, lucasica Patribus semper suspecta visa sunt. "Dico in conspectu Dei timori vestro timorem meum," inquit S. Augustinus, "qui non timet timentem me contemnit, sed male hoc. Certus sum, quia homo, qui post Baptismum vivit, non dico, sine peccato, nam quis homo sine peccato est? Sed sine crimine, illas tantum culpas admittens, quae quotidianis oratione, quam Dominus nos docuit, solentur, quando vitam finierit, vitam non finit, sed transit de vita in vitam, de laboriosa ad quietem, de misera ad beatam. Quantum ad illum vero, qui post susceptum Baptismum est desertor et violator tanti mysterii, si agit poenitentiam ex toto corde, si sacerdos, qui illum ligaverat, ipsum solvat, et si post conversionem suam vitam agat talem, quam ante reconciliationem suam agere debebat, quovunque demum tempore defunctus fuerit, ad requiem aeternam vadet, et Deo fruatur. Sed quantum ad

321.

Ego cogito cogitationes pacis et non afflictionis.

ut mederer contritis corde, praediam captivis indulgentiam... Dedit nobis ministerium reconciliationis, ponit in nobis verbum reconciliationis... Deo exhortante per nos, observamus pro Christo, reconciliamini Deo. S. Chrysost. Hom. 5. de poenit.

322.

Hom. 41.

" illum, qui non nisi in articulo mortis convertitur et recon-  
 " ciliatur, si à me queras, an cum certitudine salutis tua  
 " moriatur, id ego ignoro. Poenitentiam, qua à me petitur,  
 " do, certitudinem vero, qua à me non pendet, dare non pos-  
 " sum. Vis ergo te de hoc salutis tuae dubio liberare? vis  
 " quod incertum est, evadere? age poenitentiam dum sanus  
 " es; tene certum et dimitte incertum. Et acco, ubi dum sa-  
 " nus es poenitentiam agis, quodammodo sanus es de tua sa-  
 " lute. Ideo, quia eam agisti, dum adhuc peccare poteras.  
 " Sed si eam differas, donec non amplius peccare possis, tunc  
 " peccata te dimittent, non tu illa.

## XXV.

323. Venist dies, in qua homines ambulabunt ut coeci, quia  
 \* c. i. v. 17. Domino peccaverunt, inquit Sophonias\*, "Ut coeci, repetit  
 \* in eund. loc. S. Hieronymus\*, "quia lumen, quod eos lucebat, amiserunt,  
 " et quarentes Dominum non inveniunt illum. Coeci, cum  
 " pericula imminant, effugare tentant, et hoc atque illud  
 " errant, nec Dominum aut tutum latibulum possunt inve-  
 " nire, quia coeci sunt. Ita peccatores multis mortis oppres-  
 " sione, et venturam iram formidantes, tentant effu-  
 " gere; et poenitentiam quærunt, sed januam non inve-  
 " niunt, quâ ingrediantur. Sicut de Sodomitis legitur, quos  
 " Angeli Dei vindictarum Ministri omnes coecitate percups-  
 " runt à minimo usque ad maximum, ita ut nec loth nec pro-  
 " prum ostium invenire possent. Peccatores isti stri per fi-  
 " dem manent in Eulasia, tamen propter peccata sua foris  
 " esse dicitur possunt, quia à Deo recesserunt, ipsi quoque per ini-  
 " quam vitam suam graviter offendantur. Itaque quamvis  
 " illum quærant, tamen illum invenire nequeunt propter  
 " coecitatem, quâ sunt percussi; nec non de ipsis dicitur potest  
 " quod de Sodomitis: Perussi sunt autem coecitate, sicut illi  
 " in foribus justis, cum subitaneis cooperati essent tenebris,  
 " unusquisque transitum ostii sui quærabat.

## XXVI.

324. Si consideremus quo animo Deus erga peccatorem jam  
 iam morti proximum, et hic erga Deum affectus sit, dicere  
 possumus, in mortis articulo nihil vera conversione in-  
 certius esse. Cum haec sit Dei simul et hominis opus, an  
 tunc Deus ad ipsi indulgendum paratus erit? an ipse tunc  
 ex toto corde ad Deum revertatur? Verisimile est, quod  
 non.

Frustra peccatores allegantur, se ipsos, ut arbitratur  
 quis, longè flagitiosiores, qui post diuolutam vitam, tan-

quam veri Christiani et Sancti vitam posuerunt. Hoc ipsum est, o peccatores quod dicitis, ut sub horum exemplorum obtutu in vestra impietate vobis adulescunt; Sed satis apparet, quod Sancti parum vobis constant, inquit S. Gregorius Nazianzenus; uno die ino momento uno illos factis adscribitis. Iuxta vos, ut quis Sanctus sit, nihil aliud requiritur, quam ut cupiat talem esse. ubi Sceleratus ille, qui in suo lecto decumbens, cum sano sereno, in medio amicorum jam jam moriens aeterna quaedam poenitentia signa non adat? Hic ipsius theatrum est, nihilque reliquum amplius ei est, quam ut poenitentis personam agat: Braclatum sana foret, si ad ultimam usque vitam suam horam cavillationes et blasphemias protulere vellet, non utique adeo effrensus amplius erit, et qui dum viveret infernum non meluit, saltam oculos et sermones hominum moriens reformidat. Hic sibi Concionatoris munus arrogat; alter in omnibus Euleriis pro se orari curat; iste ad omnes illos, quos offenderat, mittit, qui nomine ipsius deprecantur; ille non nisi inter brachia piissimi Dei servi animam exhalare vult; omnes confessi, omnes sacro viatico refecti, in labiis non nisi pietatis aspirationes habent.

Si nihil proter hoc requiratur, ut quis morte Sanctorum mori dicatur, omnes illi, qui dicunt Deo Domine Domine, introeant in regnum caelorum: quod tamen verbo Dei repugnat..... Et quid inde eruenendum? Tres magni momenti conclusiones; Prima, quod nudus homo vivens sine magna temeritate in morte sua sibi promittere possit poenitentia gratiam. Secunda, quod inter homines ii, qui sunt Optimates, minus sibi illam pollicari possint; at tertia, quod inter Optimates, qui longae vitae gratiam à Deo acceperunt, adhuc multo minori ratione hanc futuram conversionem sibi spondere valeant.

## XXVII.

325.

Si Deus adeo parum paratus est ad dandam morienti peccatori conversionis gratiam, peccator ex sua parte aequè parum comparatus est ad eam recipiendam. Sed propius ad lectum hujus peccatoris accedamus, qui spem vitam usque ad portas mortis protendere audeat, atque de sua Sanitate adeo anxius est, ut ne illam ullà molestà cogitatione depravat, ne quidem de Deo cogitare velit.

Interim venit hora, et quidam fidelis amicus obsequen-

Dispone Domini  
tua. 4. Reg. 20.

Et convertit  
faciam suam ad  
parietem, et fle-  
vit flatu ma-  
gno. Ibid.

tica et adulationis fessus, ipsi, valut propheta ille Regi  
Juda, dicit: tempus est ut te ipsum cogites; Absaveras mihi,  
inquit peccator quidquid adhuc firmitatis habet, revocans,  
Absaveras mihi, nullam fore spem reliquam: Agendum, avar-  
satur Confessarius. Statim ex imo pectora trahens suspi-  
um, et in alteram partem se vertens cogitationum sua-  
rum confusioni se permittit. Mentem at cor ipsius, si  
nobis fas est intramus: quamnam tunc sunt ipsius erga De-  
um affectiones? In ipsius mente dua luminum species ad  
ipsius conversionem possent conferre, ratio scilicet et fi-  
des: ratio ipsum naturalibus incitamentis ad ordium et  
horrorem flagitii excitando, fides supernaturalibus in-  
centivis ipsum urgendo: sed quomodo auxilium ab una et  
altera conera potest?

## XXVIII.

326.

Vobis ob oculos posita molestias, qua tunc rationem ob-  
sidant. Statim adest morbi oppressio, et anima tadio et le-  
thali immersa inquietudini non nisi malum suum cogita-  
re valet: insomnia, vapores, tremores, ardores, sudores,  
deliquia, mille nova accidentia mentem insidant; ubi  
tunc hominis alicujus ratio? Valleturne ei in hoc statu vel  
minimi negotii rasionem confidere? putativa  
satis judicii eidem esse, ut idem cum sana mente defini-  
re valeret? qua ergo ratione de sua conscientia nego-  
tiis sane judicare poterit?

Præter morborum oppressionem, adhuc alia oppressio,  
remediorum scilicet. Dives ipsi commendatur, amotio  
carum rerum omnium, qua ipsum affligere possunt;  
sed potestna sua peccata sine inquietudine cogitare?  
..... Præter oppressionem morbi et remediorum, alia  
adhuc oppressio, scilicet negotiorum: familia in con-  
fusionis posita, successus perplexa, rationes constituen-  
da, debita solvenda, munia periculis subiecta, consan-  
quini, amici laeymantas..... In qualibet harum  
perplexitatum separatim hento huic homini nun-  
quam sufficienter libera et expedita erat ratio, ut  
ad Deum converti posset; quomodo ergo vos converti  
mini? quomodo ratio tua ad id comparata est,  
quando haec angustia et perplexitates simul juncta te  
in morte oppriment? quando qualibet corporis tui  
pars exhaustionis virium suarum tibi licet, memento  
nostri; quando domestici obsequiorum suorum male con-

pensatorum representatione dicent tibi, memento nostri; quando negotia <sup>in</sup> confusione, in qua ea reliquisti, dicant tibi, memento nostri; quando creditores intritu bonorum, qua forte circum te habebitis, tibi dicant, memento nostri; quando chari amici tui, tristes et suspirantes tibi dicant, memento nostri; quando ratis tua ad extremum redacta, ex imo conscientia tua languida clamabit, memento tui infelix, memento tui, caetera omnia tua relinque, memento tui dilecte frater mi, an tunc Iabulum rationem ~~tantum~~ audire tibi fas erit?

## XXIX.

327.

Fortitan fides rationi ferat opem, cūque omnibus aliis curis liberabit eam, et non nisi conscientiam curare faciet; Sed haec fides in ipsius anima vel est extincta, vel inutilis. Ex nimia fidei negligentia, vel modo fuga, et modo illius impugnatione tandem cōdeverunt peccator, ut terribilissimas veritates, velut suavissimas fabulas audiat, Evangeliumque et crucifixum tanquam objecta minime cum tangentiā respiciat. In Status, ad quam animae corruptio fidem plerumque redigit: Et vobis persuadetis, quod ad simplex mortis nomen, ad primum periculi huius intritum fidem vestram reviviscere sitis sensuri; quod sola haec cogitatio, coram Deo comparandum est, vobis erga Crucem, Sacramenta, Religionis veritates illam observantiam, quam suffocastis, reddet. Verum quamvis fides haec rediret, ~~non proficere potest~~ profectò non nisi debilissima rediret, nec pravis illius facilitatem, quam non habetis, Serpens vobis tribuaret, p.

## XXX.

328.

Minor adhuc ad conversionem peccatoris morientis invenitur preparatio ex parte cordis ipsius. In corde debet esse conversio: Cor istud, haec voluntas, ut veram contritionem eliciat, debet esse libera, sincera, et firma; At verò voluntas peccatoris morientis, procul ut sit libera, non nisi coacta est; procul ut sit sincera, non nisi simulata est; procul ut sit firma, non nisi fragilis est: Ad tales animi affectiones quamnam fiducia!

Divortium, quod tunc cum peccato facitis, estne liberum? Et si liberum esset, qua animi firmitas esse potest, et quousque illius constantia protendi potest? fortè usque ad mortem? Utinam: varium an moriendo

nullis superosaiantibus tentationibus palatis? nunquam dum vivabatis eas vincere valuistis, quomodo in lecto mortis eas vincetis? Quid, quæro, requiritur, ut post facta sani et bene valentes gratiâ privemini, etiamnum ubi à poenitentis tribunali et Domini mensa excitis? plerumque sola recordatio, lavis imaginatio, momentum attentionis voluntaria ad importuna phantasmata illa, quæ cogitationes vestras depravant, nec non consuetudo vestra vobis affuit familiaris. Quid plus in morte requiritur?..... Sacerdotes Dei Ministri Jesu Christi orate, plorate pro isto peccatore, vestro clamore sacrum Senatoris nostri nomen ad aures ipsius personet, Crucifixum oculis, et moribundis labiis ipsius imprimitis, Ecclésiæ Suffragia, aspirationes vestras et clamores ingeminate: mentis et cordis illius affectiones non videtis, Deus eas videt, ac judicat, obicit, perit.

Verum quid ad ipsius perditionem opus est, ut peccati sui phantasma adhuc ultimo momento compareat ad sollicitandum cor ejus? an ergo cor istud deseruerat? Habitari coartatus est. Quid est amica Christiana sine qua vos convertere? est amare quod odistis, et odisse quod amatis; est amare Deum, odisse et detestari peccatum, quantâ animi fortitudine ad tam difficilem conatum opus est?..... Credis, sed hoc non sufficit, mi dilecte frater: actus amoris Dei summa rei est, sine amore Dei nulla vera poenitentia.

329.

Verum est, inquit moribundus, actus amoris Dei est sacerdotius: jurata ergo me ad illum eliciendum, quomodo dicendum, quomodo faciendum est? Quid, ergo ut Deum tuum amas, jurari te oportet! an opus fuit, ut quis te juraret ad amandum mundum, vanitatem, novas vestium formulas et ritus, Societates, lusum, lautitiam, et quæ alias immodicas intemperantias, in quas omnes sine ulla auxilio cor tuum semper præcepit? Natus eros ad amandum Deum, nunquam in tota vita tua eum amasti, et eum amare differas usque ad momentum tuæ mortis, et in hoc deplorando momento ad eum amandum auxilio indiges! Debile urgentis et absolutæ necessarii muneris supplementum! Inutile supplementum! Amor Dei in primis sacerdotis labiis eo momento, quo in imo cordis tui esse deberet; si in eo esset amor ista, an non ingrati-

incommodam tuam, peccatorum amaritudinem sentiras? an non hic amor saltim internis gemitibus suis sui ipsius sensum tibi ingererat? Sed in eo non est.

Ô inauditum moribundi peccatoris Statum! ut ne quidem sine auxilio dicere ad Deum possit, mi Deus ego amoto! Ergo Ô Deus bonitatis, quis christianè mori poterit, et cum spe gloriae tuae, quin in vita sua actum homini Christiano essentialem vel saltem eliciat, immò nec in morte elicare suat..... Si Confessarius in his angustiis peccatorem ab obligatione amandi Deum eximere possit, si verborum suorum ardore et cordis tenacitate hujus infelix cordis tarditati, languori, Inertia supplere possit: Sed hoc est impossibile, per se ipsum credere, et per se ipsum amare debet, ut verè conversus sit.

### Supplementum.

Patres Eulenciae et Auctores, quorum Tractatus et praeclariora loca in Supplemento de Contritione, quod istud immediate praecedit, indicavimus, memorabilia etiam de conversione et poenitentia peccatorum sunt elocuta. Attamen haud sufficere arbitrati sumus idem Lectorem nostrum remittere, varium opera pretium duximus, quò ipsorum opera magis adhuc ipsi innotescant, alia hinc ad ipsius majorem eruditionem proferre loca.

Quia Origenes Hom. 5. in c. 7. Levit. Hom. 1. et 10. in Psal. 37. elocutus est, praeclara sunt. Potest etiam legi S. Chrysost. lib. 2. de compunctione cordis, et Hom. 12. ad popul. Antioch.

Auctor, qui praestantiora S. Augustini loca collegit, plura refert, ubi modò de sollicitudine Dei circa nostram conversionem, modò de conatibus, quos, ut ipsius consiliis respondeamus, adhibere nos oportet, modò de iis, quae conversionem perfectam efficiunt, loquitur. In expositione in Psal. 6. 83. 92. 101. et 102. Serm. 12. et 54. de verbis Domini, pluribus suarum Confessionum locis, lib. 5. c. 2. l. 8. c. 3. et lib. 14. de Trinit. c. 17. ubi ostendit, quòd perfecta conversio in instanti non fiat, et quòd magnum discrimen faciendum sit inter gratiam Baptismi et poenitentiae. » Renovatio non momento uno fit ipsius conver-  
sionis, sicut momento uno fit illa in Baptismo renova-  
tio, remissione omnium peccatorum. Neque enim vel

S. Augustini  
Mithaloquium  
in hoc verbum  
conversio.

" unum quantulum unquam remanet, quod non remittatur,  
 " Sed quemadmodum aliud est curare febribus, aliud ab in-  
 " firmitate, qua febribus facta est, revalescere: Itaque  
 " aliud est infixum telum de corpore demere, aliud vulnus,  
 " quod eo factum est, secundâ curatione sanare: Ita prima  
 " curatio est causam removere languoris, quod fit per indul-  
 " gentiam omnium peccatorum; Secunda, ipsum sanare lan-  
 " guorem, quod fit paulatim proficiendo in renovatione  
 " hujus imaginis.

331.

P. Labata Societatis Jesu circa conversionem os-  
 tendit i.º Quantum Deus illam desiderat, et quantum  
 facilitatem ad se convertendos habeant peccatores, quan-  
 do ipsius gratia sunt roborati. 2.º Quanta benignitate  
 præcipua ipsorum conversionis obstacula removeat. 3.º  
 Quod hæc ratio cum humili fiducia in eâ laborare  
 oporteat. 4.º Quod propterea differri non debeat, cum nihil  
 perniciosius sit, quam hujusmodi procrastinatio, præsi-  
 pua usque ad mortem. 5.º Quod etsi quis post suam con-  
 versionem semper easdem cupiditates vivendas habeat,  
 animum tamen deponere non debeat. Hanc in rem  
 præclarissima Patrum loca refert, ut S. Chrysostomi  
 Hom. 22. in 1. ad Cor. S. Paulini Ep. 4. ad Sever. S. Grego-  
 riæ lib. 8. Moral. c. 12. S. Rusalmi Epist. 1. S. Leonis Serm.  
 5. et 12. Quadragesima. Hujus Docti Patris verba præ-  
 stantiora sunt, quam ut hæc prætermittantur.

" " Patientiam bonitatis Dei, inquit, " de impunitate pec-  
 " catorum nemo contemnat, nec illum aestimet non offan-  
 " sum, quia nondum expertus est iratum. Non sunt longa  
 " vita mortalis induciae, nec diuturna est licentia insipien-  
 " tium voluptatum in æternarum dolorum transitura po-  
 " narum, si dum justitiæ sententia suspenditur, poeniten-  
 " tia medicina non queratur. Abundatur patientiâ Dei  
 " quidam, et cum non sint in conscientia liberi, sunt de  
 " longa impunitate securi; cum idè differatur ultio, ut  
 " tempus possit habere correctivum. Misericordiam ergo Dei  
 " nostri, qui non vult mortem peccatoris, sed magis ut con-  
 " vertatur et vivat, non idè quisque tardet amplecti, quia  
 " quod meruit, non recipit; neque enim quidquid differtur,  
 " aufertur, aut condemnationem evasit, qui indulgentiam  
 " non queravit.

P. Ludovicus de Granada, et Cardinalis Bona circa hanc materiam solida et movendis animis idonea eloqui sunt. Dominus Beroat in sua Penitentia Adventu diffinit de penitentia conversionis, penitentia expiationis, penitentia precautionis, et penitentia conservationis.

Dominus Joly Episcopus Aginensis conversionis essentiam, necessitatem, severitatem, durationem, et facilitatem demonstrat, tom. i. Praeconiorum.

Guilielmus Barisiensis Tractatu de Sacramentis et legibus, S. Pacianus Episcopus Barinonensis, Patres Faber, Lobbatius, et Albrigi Jemita, Olivarius Barry, Nicolaus Kapanus, Stapletonius, &c., etiam legi possunt; proclara apud ipsos inveniuntur.

### Correptio,

Obligatio proximum corripiendi, admonendi, necnon ad rectam viam ipsum reducere conandi.

#### Sermo Primus.

Si peccaverit in te frater tuus, vade et corripe eum inter te et ipsum solum. Matth. 18.

Pro ser. 3. 2. a heb. Dom. in Quadr.

En Christiani, gravissimum charitatis fraternae officium; et quod tamen saepe omnino negligitur. En actio- num in vita civili summe necessariam, et simul, qua sine scrupulo infringitur. En legem adeo clarè et distinctè explicatam, ut eam non agnoscere sit impossi- bile; et tamen ita neglectam, ut non immerito credi possit, quod ab ea se eximere licitum sit, si val de voluntate Legislatoris, vel de sua potestatis exten- sione dubitare fas esset.

332.

Jesus Christus primum de illis, qui malà vità suà proximum scandalizant, sermonem habuerat, et ad ducto boni Pastoris exemplo ovem, quae erraverat quaerentis, ut eam ad ovile reducat, gravem hanc fraternae correptio- nis legem imponit, ne qui malè agunt, ex corripientium penurià in suà pravitate pereant, inquit S. Chrysostomus; et ne etiam ii, quibus in ipsos est quaedam auctoritas, se illos corrigere non teneant arbitrentur: hinc priorum cohibens peccatum, quod alia superbia et impunitas induerat, illinc alteris occasionem praebers erga suos fra- tres illud misericordiae spiritualis opus exerendi, quod

Matth. 18.

v. 1.

Ibid. v. 12.

\* Rom. 16.

Euth. at Abul.

q. 76. Sylvaire

l. 6. c. 11. anposit.

i.